BIBLIOTHÈQUE NATIONALE
13
4 D
7
VIEILLE LANUELLE

M

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

INFORTIATVM.

SEV PANDECTARVM

Iuris Ciuilis,

TOMVS SECVNDVS

CVM LECTIONVM FLORENTINARVM
varietatibus, diligentius quàm antea in margine appoſitis,

AC POST ACCVRSII COMMENTARIOS.

CONTII Scholia, CVIACI Paratitla, DVARENI,
aliorumq́; Clariſſimorum I.C. Additiones,

IACOBI ANELLI DE BOTTIS, AC AVGVSTINI CARAVITAE
Regiorum in Regno Neapolitano Conſiliariorum,
Adnotationibus illuſtratum.

CVM PRIVILEGIIS.

BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA VITTORIO EMANUELE

VENETIIS, Apud Iuntas. MDCXXI.

Digitized by Google

Digitized by Google

CAPITVM ALIQVOT GRAECE A MODESTINO IVRISCONSVLTO CONSCRIPTORVM.

Latina interpretatio ex Antonio Augustino Iurisconsulto clarissimo.

Ex libro xxvj. Digestorum. Titu. iij.
CAP. I. Πρωτὸν μὲν, &c.

VT ne de ijs quidem tutoribus, qui confirmari possunt, omittamus, de his etiam breuiter considerandum est. Sunt quidam, qui rectè dantur testamento tutores, hoc est, & à quibus oportet, & quo oportet modo, & vbi oportet. Namque pater filijs, vel nepotibus, quos habet in potestate rectè dat tutorem in testamento tamen. Si verò ea persona sit, quæ dare non potest, mater puta, vel patronus, vel extraneus quiuis, aut ei, cui datur, dari non possit, vt à patre filio, vel filiæ, qui non sunt in potestate, aut si scriptum sit, ROGO TE, VT ILLAS RES CVRES, aut codicillis non confirmatis tutor, aut curator datus sit, constitutiones permiserunt, quod deest, consulari potestate suppleri, & tutores secundum testatoris voluntatem datos confirmari. Et si quidem pater erat, qui dedit, plerunque solet non inquirere Præses, sed simpliciter confirmare: si verò alius, diligenter inquirit, an idonens sit. Præterea scire oportet curatorem testamento à patre quidem rectè dari, sed datum confirmari à Præside solere.

TIT. V. CAP. XXI.
Εἰδέναι δεῖ, &c.

SCire oportet magistratus, non oportere curas minorum mulieribus committi. Si mater ea conditione scripserit filios hæredes, si liberati fuerint patria potestate, liberatis his, & ob id hæredibus, ipse pater curator creari, etiam si velit, non potest: ne alia via, quàm testatrix fieri noluit, fiat, & hoc ita à Diuo Seuero constitutum. Sed & si quis à parentibus prohibeatur tutor esse, creandus non est, quòd si fuerit creatus, neque se excusauerit, prohibendus est existimatione quidem salua tutelam gerere. Qui in Legatione sunt, non sunt à magistratibus tutores, aut curatores creandi. nam dum Legatione funguntur, ad eos periculum non pertinet. Si prouincialem hominem Legatum magistratus Romæ dederit tutorem, liberabitur. Inter cæteras causas magistratuum oportet creandorum mores animaduertere. neque enim tam facultates, aut dignitas aptæ sunt ad fidem eis habendam, quàm vitæ institutum decens, & mores probi. Semper autem hoc maximè magistratus obseruent, ne creent eos, qui se ingerunt, vt creentur, aut ob id pecuniam dant, quos pœnæ quoque obnoxios esse constitutum est.

TIT. V. CAP. XXII.
Καὶ οἱ μὴ, &c.

ET qui non sunt Decuriones, Decurionum filijs tutores creantur, sicut, & Decuriones ijs, qui non sunt ex Decurionibus.

TIT. VI. CAP. II.
Ἐὰν οἱ ἀφήλικες, &c.

SI minores non habeant legitimos defensores: siquidem tutoribus egeant ob impuberem ætatem, possunt cognatione, aut affinitate propinqui parentibus eorum masculis, aut fœminis petere, vt eis tutores constituantur. Possunt id quoque parentum amici, & ipsorum puerorum educatores. Sed alij libera voluntate petunt, alij id facere coguntur, mater puta, & liberti. Namque illa, nisi legitimos liberis defensores petat, damno, hi pœna plectuntur. Etenim mater expellitur à legitima filij hæreditate, tanquam indigna ex eius bonis legitimam portionem consequi, cui tutorem quærere neglexerit. Neque solum si non petat, sed & si quem petat, defunctorie petat, vtpote eum, qui se potest excusare, vel eo postea, aut excusato, aut reiecto, aliũ non petat, vel dedita opera malos petat. Liberti verò apud Præsidem ob hanc causam accusati grauiter puniuntur, si id negligentia, aut vitio omi-

Digitized by Google

omisisse videantur. Quæ de matre scripta sunt, Seueri epistola constant, cuius verba infra scripsimus. Et paulò post, Sanè si quis aut creditor, aut legatarius sit, aut qui aliam habeat necessariam cum pupillo contentionem, non ipse petet ei tutorem, sed eos rogabit, qui petere possunt, vt petant, aut si ipsi petitionem tardabunt, adito tum Præside rem totam explicabit, vt constituto legitimo tutore, lis cum pupillo habeatur. Et hæc quidem de tutoribus. Curatores verò ipsi sibi minores petent, si adsunt per se: sinautem quis absit, per procuratorem. Sed an alius petere curatorem possit, quæritur? & optimus Vlpianus ita scribit, quasi necesse sit ipsum sibi petere, neque alius possit. Et paulò post: Qui quomodocunque per excusationem tutela liberati sunt, non habent necesse tutorem pupillis petere, vt Seueri, & Antonini constitutione continetur.

Ex lib. xxvij. TIT. I.

CAP. I. Ἐρέννιος Μοδεστῖνος.

HErennius Modestinus Ignatio Dextro. Vtilissimum, vt mihi videtur, opus confeci, quod inscripsi, De tutelæ, & curæ excusatione, idque ad te misi. In quo quantum potui, apertè eum tractatum explicaui, docens Græcè nostra iura: quæ quàm difficulter vertantur, non ignoro. Dumque ea explico, addo sicubi opus est, ipsa legum verba, vt his, qui dicendi, & legendi vsum habent, hoc desiderantibus perfectum auxilium præstare possimus. Principio igitur dicendum est, quos creari non oporteat. Libertinis pupillis magistratus ingenuos tutores, aut curatores non dabit, præterquam si maxima inopia sit eo loci libertorum. Iubet enim Diui Marci oratio, vt libertinis, qui in eodem oppido sunt liberti dentur. Sed si detur ingenuus, Diuus Seuerus minoribus consulens rescripsit, obnoxium fore tutelæ, nisi intra constitutum tempus allegauerit excusationem. Non licet sponso sponsæ curatorem esse, vt Senatus censuit: creatus autem hic, remouendus est.

CAP. II. Ἀφίονται, &c.

A Tutela, & cura excusantur, qui septuaginta annos excesserunt. Excessisse autem eos oportet tum, cum creantur, aut cum hæreditas adita est, aut cum conditio testamento scripta impleta est, non intra excusationis tempora eam ætatem implere, quæ probatur, aut natalis dici scriptura, aut aliis legitimis probationibus. Liberorum quoque multitudo à tutela, & cura excusat. Omnes tamen liberos legitimos esse oportet, etsi in potestate non sint, atque tum viuere, cum patres eorum tutores dantur. Nam qui antea mortui sunt, non numerantur inter liberos, neque etiam nocent, qui postea moriuntur, quod Diui Seueri constitutione cauetur, quæ quamuis de eo tutore loqui videatur, qui testamento datus est, tamen aptari ad quemcunque alium potest. Qui in vtero est, & si in multis iuris partibus æquiparatur iam natis, tamen neque in hac quæstione, neque in cæteris ciuilibus muneribus prodest patri. Quod etiam Diui Seueri constitutione cauetur. Non solum autem filij, & filiæ vacationem tutelæ afferunt, sed & nepotes, & neptes, ex filijs maribus. Iuuant verò hi, cum eorum pater mortuus est, & ipsi eius locum supplent auo, qui licèt plures sint ex vno filio, pro vno numerantur. Colligere licet hæc ex constitutionibus, quibus de liberis tractatur. Neque enim facilè constitutionem reperies, quæ de filij, non de liberis scripta sit. Liberorum autem appellatio ad nepotes extenditur. Sed numerum liberorum constitutionibus decretum iam tum esse oportet, cum creatur, non etiam si post creationem nati sunt ante, quàm causas excusationis allegauerit. Nam qui postea nati sunt, nihil iuuant, vt Seueri, & Antonini constitutione scriptum est. Præterea, qui tres tutelas, aut tres curas habent, aut tria onera mixtarum tutelarum cum curis, & hæ non sint ætate minorum finitæ, habent excusationem, si ad quartam tutelam, aut curam vocentur. Sed & si quis non minoris, sed furiosi curator sit, huius quoque curæ ratio habenda est, vt in numero curarum computetur. Quæ ita se habere Seueri, & Antonini constitutio docet, & optimus Vlpia. de tribus tutelis sic ait.

CAP. IV. Ἔφοδος.

DIximus tres tutelas habentes ad quartam non esse vocandos. Quæritur igitur est, si quis duas tutelas habeat, & tertia oneratus appellauerit, pendenteque adhuc iudicio appellationis quarta tutela oneretur, an in allegatione excusationum quartæ mentionem tertiæ faciet? aut eam omninò omittet? Et inuenio à Diuis Seuero, & Antonino constitutum esse, non oportere ad quartam tutelam creari eum, qui à tertia prouocauerit. Sed dum pendet allegationum tertiæ iudicium expectare: cuius finis finem quartæ excusationibus faciet. Recta sanè ratione. Nam si quis eam, quæ quarta est, quasi tertiam susceperit, & iniusta appellatio de tertia appareat, quatuor oneribus contra leges onerabitur. Si patet tria tutelarum, aut curarum onera ha-

Digitized by Google

ra habeat, eius filius non grauabitur. ita enim constitutum est à Diuis Seuero, & Antonino. Hoc idem contra quoque est, vt oporteat filij tutelas vacationem parti dare, & vtrique communes, hoc est vnam filij, & duas patris, aut contra. Quæ ita se habent, cum vni domui, non diuersis onus defertur. Et hoc optimus VIpianus scribit.

CAP. VI. Ἐὰν δύο, &c.

SI duas tutelas habens, alteris duabus oneretur: quæ tertia erit ordine, iuuabit eum ad quartæ excusationem: licèt Imperator sit, qui quartam detulit, aut etiam tertiam, scilicet si ante quàm sciretur, quod is vellet, anteuertit alius in creatione tutoris. Si verò ordo non appareat, sed eadem die diuersis tabulis duæ creationes factæ proponantur: non creatus, sed creans eliget quam subire eum oporteat. Grammatici, Sophistæ, Rhetores, Medici, qui περιοδονῖκαι (hoc est circumforanei) vocantur, vt à reliquis muneribus, sic à tutela, & cura vacationem habent. Sed est constitutus Rhetorum numerus, quàm in vnaquaque ciuitate immunitatem habeant: diuisoque quædam ciuitatum lege facta est. Quod ex epistola Antonini Pij apparet, quæ communi quidem Asiæ scripta est, sed vniuerso terrarum orbi conuenit. Ex ea hoc caput infra scriptum est. Minores ciuitates quinque Medicos, Sophistas tres, Grammaticos totidem immunes habere possunt. Maiores septem Medicos. quaternos duabus illis disciplinis præpositos. Maximæ verò Medicos decem, Rhetores quinque, Grammaticos totidem. Supra hunc numerum ne maximæ, quidem ciuitates immunitatem præstare possunt. Et maximo numero, vti oportet metropoles prouinciarum; altero eas, quæ forum causarum habent: tertio reliquas; quem numerum neque curiæ decreto excedere licet, neque qua alia captione quæsita; minorem tamen constituere licet. quoniam id si fiat, ciuilia munera iuuantur. Atqui non aliter hi ea immunitate fruantur, nisi decreto curiæ numero constituto adscribantur, & operam quisque suam nauet non malè. Philosophus quoque à tutelis vacare Paul. scribit his verbis.

Idem, περὶ δὲ τῶν. De philosophis verò eadem Diui Pij constitutione dicitur. Philosophorum numerus constitutus non est; rari enim sunt, qui philosophantur. Et quidem existimo eos, qui diuitijs abundant, libenter præstaturos auxilium patriæ. Quòd si studiosè contendant de re familiari, iam inde ostendent facilè se non esse philosophos. Est etiam inter Commodi constitutiones insertum caput quoddam ex Antonini Pij epistola, quo constat philosophos tutelarum habere immunitatem, cuius verba sunt hæc; Omnibus autem his pariter Diuus pater meus statim atque principatum adeptus est, suos honores, & immunitates confirmauit, Philosophos, Rhetores, Grammaticos, Medicos immunes esse scribens Præfecturis gymnasiorum, ædilitiis curis, sacerdotiis, hospitum receptione, frumenti, atque olei emptionibus. Eosdemque iudicare, neque in Legationem ire, neque in militiam conferibi inuitos. Nullum denique prouinciale, aliudve munus subire cogendos. Hoc amplius scire illud quoque oportet, eum hanc immunitatem habere, qui in sua patria docet, aut curat. Nam Comanenses Sophistæ, aut alii si Neocęsareæ doceant, aut curent, non habent apud Comanenses immunitatem: & hoc ita à Diuis Seuero, & Antonino constitutum est. Sane valdè doctos, & supra numerum & alienam patriam incolentes, immunes esse Pau scribit, & referri ita Diuum Pium Antoninum fieri iussisse. Sophistum, qui Romæ docet, siue gratis, siue ob mercedem doceat, vacationem habere à Diuis Seuero, & Antonino est constitutum, perinde quasi in patria profiteatur. Quorum sanctionem illam potest quis rationem afferre; quòd cum communis sit, & existimetur patria regia vrbs: æquum est eum, qui in sua patria se vtilem præbeat, hac immunitate frui. Legum præceptores in prouincia docentes vacationem non habent, Romę docentes habent.

Paulo. ἔπαρχος. Prouinciæ sacerdotium, vt Asiarchia, Bithyniarchia, Cappadocarchia, præbet à tutelis immunitatem, dum ei muneri quis præest.

Ibidem Magistratus municipales à tutela, & cura vacant. Dant quoque à tutela vacationem capitales inimicitiæ inter eum, qui creatus est, & pupillorum patrem, nisi postea datus tutor testamento sit. Quòd si post scriptum testamentum inter eos hæc capitalis contentio orta sit, aut prior quidem testamento est, sed ea de causa is tutor testamento datus esse videatur, vt eo onere, & negotijs vexetur, aliud erit dicendum, vt ex Imperatoris Seueri epistola constat. Præterea à tutela liberatur, qui status controuersiam pupillo mouit, dum ne id fictè, sed bona fide faciat: quod Diui Marcus, & Verus constituerunt. De rusticis, tenuibus, & illiteratis hominibus Paulus ita scribit.

CAP. VIII. ὁ παλαισρατιῶται, &c.

VEterani, qui honestè militiæ tempus expleverunt, vacationem habent à paganorum tutelis. Sed aduersus liberos eorum, qui in eisdem ordinibus militauerunt, aut quo-

Digitized by Google

quorumcumque veteranorum, intra annum post militiam exactam, vacationem habent: post annum non habent. Fortior enim esse creditur eiusdem militiæ æqualitas ipsorum veteranorum priuilegio. Sed hoc ita, si non alias causas habeant excusationis tutelæ: vt annorum numerum, aut quid simile, quod solet paganis aduersus omnes prodesse. Quæ de veteranorum filijs diximus, in nepotibus locum non habent, quippè qui nihilo à cæteris differre videntur. Planè ignominia missi perinde habentur, ac si nunquam militassent. Quamobrem neque ipsi habent priuilegium, neque si eorum filijs veterani tutores dentur, tenebuntur inuiti. Aliquando hi, qui non explent totum militiæ tempus, vacationem habent à tutelis, vt hi qui expleuerunt. Nam qui viginti annos militauerit, similis illi est, qui expleuerit militiam. Qui verò intra id tempus missus est, non habet perpetuam tutelarum immunitatem, sed ab eis ad tempus habet, vt à cæteris ciuilibus muneribus, vacationem. Etenim intra quinque annos militia missus nullam sibi vendicabit immunitatem: post quinque vnius anni immunitatem habet; post octo biennij, triennij post duodecim, post sexdecim quadriennij. Sed qui post viginti annos missus est, perpetuò, vt dicebamus, vacabit. Qui inter vigiles Romæ permilitauerit, vnius tantùm anni vacationem habet: si honestè scilicet est missus, quod principio diximus, aut causaria (vt vocant) missione valetudinis causa: est enim etiam hæc honesta: sed qui ignominia missus est, vacationem non habet. Conueteranus autem esse creditur non solùm legionarius, sed & omnis qui vbicunque permilitauerit, si modò honestè hic quoque missus sit. Nam legionarius eius liberis, qui inter vigiles permilitauerit, tutor esse potest. Iam verò militi minori veteranus curator dabitur, si pater eius mortuus sit, scilicet, aut ipse emancipatus. Quarum omnium rerum testes sunt Principum constitutiones: Vlpianus verò ita scribit.

Paulò post. Ἐξυπόθη, &c. Quæsitum est, vtrum vnam semel tutelam veterani suscipiant an eodem tempore solam vnam, qua finita aliam rursus capiant? Sed vt in paganis finitæ non proderunt his, qui eas habuerunt, neque inter tres tutelas numerabuntur, sic in veteranis non prodest tutores fuisse. Quod etiam est in curis constitutum, vt ex sacra Seueri, & Antonini constitutione constat. Nihil interest, quam ob causam egeant commilitonis liberi tutore, vel curatore, quòd emancipati sint, an quòd pater mortuus sit. Primipilares ex Imperatorum constitutionibus à cæteris tutelis excusantur, præter primipilaris filiorum tutelas. Hi verò primipilares esse cèsentur, qui primipilo functi sunt. Quòd si ante moriantur, quam peregerint, horum heeris primipilaris tutor non erit.

CAP. XI. Θυμόνου δὲ, &c.

NOn solùm primipilares, qui in caligatis militijs, aut alijs permilitauerunt, sed qui quomodocunque Reip. Romanæ causa abfuerunt, postea quàm fuerint reuersi, anni habent vacationem. Annus tamen hic non tantùm his, qui consuetum militiæ tempus impleuerunt, in reliquis publicis muneribus datur, sed & his, qui quomodocunque Reipub. causa abesse desierunt, & si minus temporis consumpserint constituto. Cæterùm quas tutelas antea gerebant, & ob id reliquerunt, quòd Reipubl. causa abibant, eas reuersi statim suscipient. neque eis annus proderit, qui ad futuras, nouasque tutelas datur, non ad eas, quas recipere debent. Atque hic annus continuorum dierum accipiendus est, ex quo vel reuersus est, vel reuerti debuit recta via redeundo, non si circuitione vsus sit. Etiam hi, qui testamento tutores dati sunt, iure excusabunt se à gubernatione earum rerum, quæ in alia prouincia sunt; vt infra scripta Seueri constitutione manifestum est.

Paulò post. ὁ πριμίπιλον, &c. Qui primipilo functus est, si cum vnius pupilli tutelam suscepisset, rursus ad militaria munera assumptus sit, deponet onus tutelæ. Similiter in illius quoque tutoris locum, quem postea Assessorem quis secum duxerit, curator dabitur, vt ait Diui Seueri constitutio. Quam qui rectè ad omnia similia capita producet, curatorem dari dicet in eorum locum, qui ad tempus vacationem habent. Si minor libertus à patrono tutor liberis suis dabitur, vel etiam alius, qui minor viginti quinque annis sit, dum minor est, non grauatur: interim tamen alius curator creabitur. Similiter si legitimus tutor minor sit, namque in huius quoque locum interea curator dabitur. Si quis non ita ægrotet, vt oporteat tutelà omninò vacare, in eius locum curator datur. Postea verò, quàm conualuerit, tutelam suscipiet. cui similis est, qui in furorem inciderit, & Vlpianus ita scribit.

CAP. XII. Εἰσὶν καὶ, &c.

SVnt alij, qui quamuis sint iam tutores, aut curatores, in perpetuum deinceps onere liberantur. Vt qui domicilium alio mutare ex Imperatoris rescripto consecuti sunt, si modò Princeps norit eos tutores esse, & apertè metationem domicilij concedat, & vtrunque literis significet.

CAP. XIII. Εἰδέναι χρὴ, &c.

SCire oportet, neque creatos tutores, neque testamento datos prouocandi necessitatem habere.

Digitized by Google

habere, vt ex constitutione Diuorum Seueri, & Antonini apparet. Quod etiam obseruari conuenit in creatis curatoribus. Nam valde sunt pauca ea, in quibus curatores à tutoribus differant. sanè à sententijs, quæ eis excusationes auferunt, prouocare licet. Multa verò obseruare oportet tutores, vel curatores, vt causas excusationis allegare permittantur: nam debent intra tempora constituta ad iudicem accedere, & constituta sunt hæc. Qui in vrbe est, in qua creatur, aut intra centesimum ab vrbe milliarium, intra quinquaginta dies excusatur: postea verò non permittitur ei se excusare, sed oneri obligatus est. Et cum nihil horum fecerit, in eadem erit causa, ac si suo periculo id contemnere visus esset: nulla enim ei relinquetur ad excusationem via. Qui verò vltra centum millia ab vrbe abest, vicenis millibus in singulos dies enumeratis, ex quo se creatum cognouerit: namque oportet certiorem à magistratibus fieri, aut coram, aut domi suæ, alios deinde triginta dies ad allegandam excusatio nem habet. Et hoc ad eos quoque pertinet, qui testamento dati sunt, siue tutores sint, siue curatores, quos curatores à Præside confirmari consuetum est. Illud verò inuenimus ex Marci legislatione quæstione dignum. Nam cum ei, qui in ipsa vrbe est, in qua creatur, intra centum millia legislator tempus quinquaginta dierum dederit: ei verò, qui vltra centum millia habitat, vicena millia in singulos dies numerari iussit, & amplius alios triginta dies ad se excusandum præbuit: euenit hinc, vt si quis centesimum, & sexagesimum milliare habitat, tempus habeat octo, & triginta dierum. Octo enim dies ob centum, & sexaginta millia competunt, numeratis in singulos dies millibus viginti, triginta deinde dies ad se excusandum dantur. Itaque peiori conditione est, qui longius habitat eo, qui intra centum millia est, aut in ipsa vrbe: si quidem his quinquaginta semper dierum tempus est, illis paucio rum. Sed & si maximè scriptum legis eam sententiam efficiat: tamen legislatoris mens aliud vult. Quando & Ceruidius Scæuola, & Paulus, & Domitius Vlpianus iurisperitorum principes scribunt hæc ita oportere obseruari, vt nullo pacto alicui minus detur temporis quinquaginta dierum: tum ad triginta dies, quos ad excusandum lex dedit, excedit quinquaginta dies. Vt si fingamus aliquem vltra quadringenta, & quadraginta milliaria habitare, hic enim habet duos, & viginti itineris dies, excusationis triginta. Hoc autem tempus omnes obseruabunt, qui quomodocunque à tutela, vel cura, vel ab eius parte se excusant. Consequens his esse sciendum est, vt si qua specie excusationis fuerit aliquis vsus, non aliter audiatur, quàm si seruabit tempus constitutum, nisi cum alterius ciuitatis ciuis sit. Si autem necesse est, id tempus seruare, vt quamuis ob allegationes liberatus sit, liberum non fieri eum Diui Seuerus, & Antoninus constituant. Idem iubent non valere alterius in eius locum creationem, vtpote cum datus sit, cum non licebat, in eius locum, qui erat adhuc tutor. Sufficit tamen intra tempus saltem adesse, & si postea inuitus causam omiserit, non erit præscriptioni obnoxius. Vnde si defunctorie adsit solum, neque permaneat ad allegandum, post tempus in præscriptionem incidet. Atque hoc constitutione imperatorum Seueri, & Antonini constitutum est. Sed si ob valetudinem aduersam, vel aliam necessariam causam maris puta, aut hyemis, aut impetus latronum, aut alicuius similis rei in tempore adesse non potest: veniam consequitur. Cuius rei fidem facere ex ipso naturali iure est satis, sed tamen hæc eadem Imp. Seueri, & Antonini constitutione continentur. Scire etiam oportet non sufficere veniisse quem ad ius dicentem, sed opus est, speciem excusationis testari, quòd si multas habet causas excusationis, omnes proponet: sin minus, similis ei est, qui principio non venerit, quamuis venit is quidem, non tamen causas excusationis dixit. Quinquaginta verò dies continui numerantur ab eo tempore quo se datum esse cognouit. Vna autem oportet testari excusationem apud tribunal, aut aliàs apud acta, aut potest supplices libellos dare, vt ijdem Imperatores constituerunt. Hæc de his, qui obseruare debent tempus constitutum. Age verò de his videamus, qui huic tempori non subiacent. Qui non legitimè tutores dati sunt, hoc est à quibus non oportet, aut hi, quos non oportet, aut his, quibus non oportet, aut quomodo non oportet, si neque confirmabuntur, neque suscipient administrationem, immunes sunt. neque eis obijcietur, quod constitutum excusationibus tempus non seruauerint, cum excusare se eos non sit necesse, vt ex infrascriptis constitutionibus apparet, quas exempli gratia subieci: hæ enim ad omnes causas trahi possunt.

Paulò post. ὁμοίως. Similiter si non subditum iurisdictioni suæ magistratus tutorem, aut curatorem creauerit: ne hic quidem habet necesse tempus obseruare, vt si neque ciuis sit, neque incola.

CAP. XIV. ἐπειδήπερ, &c.

LIbertum, cum de excusatione tutorum, & curatorum loquimur, sciendum est non solum patris pupilli, sed etiam matris intelligi oportere, & cum de patroni liberis quærimus, scire oportet nos in primo gradu eam appellationem statuere, hoc est filium, filiam, sed & ad nepotes ex eis, & cæteros posteros producere. Ille quoque, qui ius aureorum anulorum impetrauit,

trauit, hac in re in eadem erit conditione, in qua cæteri liberti. Quod D. Antoninus Magnus rescripsit. Qui de sua pecunia emptus, & manumissus est, nullo pacto cæteris comparatur. Si plures liberti sint: vnus ex omnibus, patroni liberis tutor dabitur, & à tribus tutelis non liberatur.

CAP. XV. Ἐπάδοντα, &c.

SPado creari potest tutor: neque enim habet excusationem, vt constat ex constitutione Impe. Seueri, & Antonini. Qui patri pupillorum promisit se futurum tutorem, excusari ab hac tutela non potest, quamuis aliàs excusare se iure possit. Scire oportet dignitatem nemini præbere excusationem. Vnde si quis Senator sit, tutor erit etiam liberorum eorum, qui inferioris ordinis Senatores sunt. Idque Diui Marcus, & Commodus rescripserunt. Si verò quis cum tutor, aut curator esset eius filij, qui neque Senator, neque in alia dignitate esset, postea Senator fiat, perpetuò ab onere liberatur. Sinautem, qui sub eius tutela, aut cura sunt, liberi sint Senatoris, non liberatur à tutela. Qui inferioris ordinis est, non excusatur à tutela maiorum. Neque librarios, neque calculatores, quos ψηφισὰς dicunt, habere immunitatem sacris constitutionibus dicitur. Iam verò Iudæi quoque non Iudæorum tutores erunt, quemadmodum cætera munera subeunt. Namque eos constitutiones solutos esse volunt solis illis rebus, per quas superstitio eorum pollui videatur. Rationes ciuitatis ne pro vna quidem tutela prosunt. Liberti vxorum Senatorum, quamuis eorum res agant, à tutela non liberantur: est enim id solis Senatorum libertis concessum. Magistratus municipalis, hoc est σρατηγὸς, si ob creationem tutoris obligatus sit tutelæ periculo: eam tutelam cum alijs non computat, quēadmodum neque fideiussor tutoris, neque tutor honorarius. Qui vectigalia à ciuitatibus conduxerunt, à tutela non excusantur. Is, qui plures causas excusationis allegare potest, quarum per se vnaquaque valida non est, quæritum est, an possit excusari? vt si neque septuaginta annorum est, neque tres tutelas habet, neque quinque liberos, neque alia ratione se excusare potest: attamen tutelas duas habet, liberos duos, annos sexaginta natus est, aut eiusmodi alias causas se habere dicit, quæ per se quidem perfectum auxilium non ferunt, tamen si inter se coniungantur, non iniustæ esse videantur, sed tamen placuit non excusari. Qui accepit, aut habet immunitatem ciuilium, aut publicorum munerum, is à tutela vacationem non habet. Qui tutela, aut cura liberatus est, non semper eisdem actis vtetur ad excusationem alterius, nisi maneant causæ excusationis. Is, qui se ignotum esse dicit patri, aut matri pupilli, ea de causa liberandus non est. Interdum etiam is, qui tres tutelas habet, aut tres curas, non habet iustam causam excusationis, vt puta, si quis, vt tutor fieret, affectauerit, atque is, qui pauper est tutor, affectasse videtur.

Paulò post, Si quis creatus est tutor, cum in patris potestate esset, neque pater velit pro eo cauere, iubent leges etiam patrem tutorem creari, ne vllo modo tutelæ cautio differatur, vt ex Diui Hadriani constitutione constat.

TITVLI

TITVLI INFORTIATI
SERIE ALPHABETICA
DISPOSITI.
QVO FACILIVS HAC IN ARTE TYRVNCVLI EOS INVENIRE POSSINT.

A

Acquirenda vel omittenda hæreditate. colum. 702. numero 30
Actione rerum amotarum. 83. in princ.
Adimendis legatis & fideicomm. 1491. in princip.
Ad legem Falcidiam. 1653. in prin.
Administratione, & periculo tutorum. 180. numero 40
Ad Senatusconsultũ Syllanianũ. 814. nu. 40
Ad Senatusconsultum Trebellianum. 1784. numero 30
Ad Senatusconsultum Tertullianum. 2280. numero 30
Alendis liberis &c. 96. nu. 30
Alimentis & cibarijs legatis. 1392. nu. 50
Annuis, & menstruis legatis, & fideicommissis. 1228. nu. 10
Assignandis libertis. 2217. nu. 30
Authoritate & cõsensu tutorum. 251. nu. 30
Auro, & argento legato. 1419. nu. 20

B

Bonis libertorum. 2158. nu. 20
Bonorum possessionibus. 2014. nu. 20
Bonorum possessio. infanti, furioso, &c. 2028. in prin.
Bonorum possessio. contra tabulas. 2030. numero 10
Bonorũ possessio. secũdũ tabulas. 2137. nu. 10
Bonorum possessio. ex testamento militis. 2153. nu. 50

C

Carboniano edicto. 2117. in princ.
Collatione bonorum. 2074. nu. 30
Collatione dotis. 2092. nu. 50
Concubinis. 124. nu. 40
Conditionibus & demonstrationibus &c. colum. 1569. nu. 10
Conditionibus institutionum. 646. nu. 20
Confirmando tutore, vel curatore. 193. n. 60
Coniungendis cum emancipato liberis. 2107. nu. 10
Contraria & vtili actione tutelæ. 352. nu. 40
Curatoribus furioso, vel alijs extra minores dandis. 395. nu. 10

D

Dote prælegata. 1287. nu. 10

E

Eo, qui pro tutore, vel curatore negotia gessit. 358. nu. 10
Excusationibus tutorum, & temporibus earum. 282. nu. 20

F

Fideiussoribus, & nominatoribus, & hæredibus tutorum. 369 nu. 10
Fundo instructo, vel instrumento legato. 1325. nu. 20

G

Gradibus affinitatis. 2248. nu. 10

H

Hæredibus instituendis. 499. nu. 30
Hæredibus tutorum, & curatorum. 367. nu. 10
His quæ in testamento delentur. 493. nu. 20
His, quæ pœnæ nomine relinquuntur. colum. 1539. nu. 20
His quæ pro non scriptis habentur. 1543. numero 40
His quibus vt indignis &c. 1546. nu. 20

I

Impensis in rebus dotalibus factis. 74. numero 40
Iniusto rupto, & irrito testamento. 472. in princip.
Iure deliberandi. 667. nu. 10
Iure codicillorum. 841. nu. 40
Iure patronatus. 2155. in princ.

L

Legitimis tutoribus. 159. nu. 30

Tituli Infortiati.

Legatis & fideicommiſſis.1.856.nu.30
Legatis & fideicommiſſis.2.988.nu.30
Legatis & fideicommiſſis.3.1108. nu.40
Legatis præſtandis contra tabulas bonorum poſſeſſio.petita.20,6.nu.50
Liberatione legata.1456.nu.50
Liberis agnoſcendis.96.nu.30
Liberis & poſthumis.423.nu.30
Libertis vniuerſitatum.2116. nu.30

M

Magiſtratibus conueniendis.374. numero 10
Militari teſtamento.672.nu.10

O

Obſequijs à liberis,& libertis &c.2165. numero 20
Operis libertorum.2169.nu.10
Operis per legatum,vel fideicommiſſum relictis.1253.nu.20
Optione,vel electione legata.1306.nu.20

P

Peculio legato.1358. nu.50
Penu legata.1377.in princ.

Q

Quando dies legati cedat 1944.nu.20
Quando ex facto tutoris vel curatoris.266.nu.10
Quemadmodum teſtamenta aperiantur. 783. in prin.
Qui petant tutores vel curatores.177.in prin.
Qui teſtamenta facere poſſunt.403.nu.30
Quibus non competat bonorum poſſeſſio. 2265. nu.20
Quis ordo in bonorum poſſeſſio. ſeruetur. 2267.in prin.
Quod falſo tutore authore geſtum eſſe dicetur.362. nu.10

R

Rebus eorum qui ſub tutela, vel cura ſunt.381. nu.20
Rebus dubijs.1515. nu.20
Regula Catoniana.1540. nu.20
Rerum amotarum.83.in prin.

S

Senatuſconſulto Syllaniano &c.814. numero 40
Seruitute legata.1281. nu.20
Si à parente quis fuerit manumiſſus. 2150. numero 10
Si cui plus quàm per legem Falcidiam. colum.1770.nu.30
Si mulier ventris nomine in poſſeſſione calumniæ cauſa &c. 122. in prin.
Si quid in fraudem patroni factum ſit. colum.2223. nu.10
Si quis omiſſa cauſa teſtamenti.790.in prin.
Si quis aliquem teſtari prohibuerit.839. numero 20
Si tabulæ teſtamenti extabunt.2027.in prin.
Si tabulæ teſtamenti nullæ extabunt. 2231. numero 30
Si ventris nomine muliere,&c.119. nu.20
Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur.2.in princ.
Succeſſorio edicto.2244.nu.20
Suis & legitimis hæredibus.2271. in princ.
Supellectili legata.1385. in prin.
Suſpectis tutoribus & curatoribus.269. numero 30

T

Teſtamentaria tutela.137. in prin.
Teſtamentis, & qui teſtamenta facere poſſunt 403. nu.30
Teſtamenta quemadmodum fiant.ibid.
Teſtamenta quemadmodum aperiantur. 783. in prin.
Tritico, vino,& oleo legato.1317. nu.40
Tutelis.117.nu.10
Tutoribus & curatoribus datis ab his. 167. in princ.
Tutelis,& rationib.diſtrahendis.334.nu.30

V

Vbi pupillus educari, vel morari debeat. 329.nu.20
Ventre inſpiciendo &c.71. nu.30
Vētre in poſſeſſionē mittendo.209. in prin.
Veteranorū& militū ſucceſſione.2164.n.60
Vnde liberi 2233. nu.30
Vnde legitimi.2237. nu.30
Vnde cognati.2239.nu.70
Vnde vir & vxor.2264. nu.10
Vſu & vſufructu legato.1253.nu.20
Vt ex legibus, & Senatuſconſultis bonorum poſſeſſ. detur.2266. nu.10
Vt legatorum ſeu fideicommiſſorum nomine caueatur.1973. nu.10
Vt in poſſeſſione legatorum.1994.nu.10
Vulgari & pupillari ſubſtitutione.587. in princ.

Finis Tabulæ Rubricarum.

INFOR-

INFORTIATI RVBRICAE.

CENTVMQVINQVE VERSIBVS QVADRAGINTASEX ANNOTANTVR.

QVando coniugio dos eſt repetenda ſoluto.
Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur.

TERMINAT HAEC RVBRICA vigeſimumquartum librum Digeſti veteris.

INFORTIATI LIBER PRIMVS.

Impenſas, res amotas dabo prima.
Agnoſco. vētrem. ventris quoq; nomine mitto.
Nomine ſi ventris mulier. de concubitu fit.

De impenſis in rebus dotalibus factis. De actione rerum amotarum. De agnoſcendis, vel alendis liberis à parentibus. De ventre inſpiciendo, vel partu cuſtodiendo. Si ventris nomine muliere in poſſeſſionem miſſa, eadem poſſeſſio dolo malo ad alium translata eſſe dicatur. Si mulier ventris nomine in poſſeſſione calumniæ cauſa eſſe dicatur. De concubinis.

SECVNDI LIBRI RVBRICAE.

Dat tibi tutelas etiam teſtando ſecunda.
De confirmando de legitimis. dare poſſunt.
Tutores videas hic, qui petat. atque miniſtret.
Author. & ex facto. de ſuſpectis ſociabunt.

De tutelis. De teſtamentaria tutela. De confirmando tutore, vel curatore. De legitimis tutoribus, & curatoribus. De tutoribus, vel curatoribus datis ab ijs, qui ius dandi habent. Qui petant tutores, vel curatores, & vbi petantur. De adminiſtratione, & periculo tutorum, & curatorum. De authoritate, & conſenſu tutorum vel curatorum. Quando ex facto tutoris, vel curatoris minores agere, vel conueniri poſſunt. De ſuſpectis tutoribus, vel curatoribus.

TERTII LIBRI RVBRICAE.

Excuſat terna pars educat, & rationes
Vide. pro tutore gerit. falſus quoque. mandat.
Atque mag ſtratus tenet, & de rebus eorum.
Iura dari ſuadent curatorem furioſo.

De excuſationibus tutorum, & temporibus earum. Vbi pupillus educari debeat, vel morari, & de alimentis præſtandis. De tutelis, & rationibus diſtrahendis. De contraria, & vtili actione tutelæ. De eo, qui pro tutore, vel curatore negotia geſſit. Quod cum falſo tutore, vel actore negotium geſtum eſſe dicetur. De fideiuſſoribus, & mandatoribus tutorum, vel curatorum. De magiſtratibus conueniendis, vel hæredibus eorum. De rebus eorum, qui ſub tutela, vel cura ſunt, ſine decreto non alienandis, vel ſupponendis. De curatore furioſo, vel alijs extra minores dando.

QVARTI LIBRI RVBRICAE.

In quarta teſtator, ſed poſthumus irrita, delet
Hæredes ſtatno. vulgares ſubſtituendo.
Conditio inſtituit, & poſt delibero iure.

De teſtamentis, & qui teſtamenta facere poſſunt. De liberis, & poſthumis hæredibus inſtituendis, vel exhæredandis. De iniuſto rupto, vel irrito facto teſtamento. De ijs, quæ in teſtamento delentur, inducuntur, & inſcribuntur. De hæredibus inſtituendis. De vulgari, & pupillari ſubſtitutione. De conditionibus inſtitutionum. De iure deliberandi.

QVINTI LIBRI RVBRICAE.

Teſtator miles in quinta acquirit, & hæres.
Monſtrat aperire, quis omittens. Syllanianum.
Si quis teſtari prohibet. ius codicis addat.

De teſtamento militari. De acquirenda, vel omittenda hæreditate. Quemadmodum teſtamenta aperiantur, inſpiciantur, & deſcribantur. Si quis omiſſa cauſa teſtamenti, ab inteſtato, vel alio modo poſſideat hæreditatem. De Senatuſconſulto Syllaniano, & Claudiano. Si quis aliquem teſtari prohibuerit, vel coegerit. De iure codicillorum.

SEXTI LIBRI RVBRICAE.

Sextus dat primo legata notanda libellus.
De legatis, & fideicommiſſis primo.

SEPTIMI LIBRI RVBRICAE.

Septimus inde liber tractat legata ſecundo.
De legatis, & fideicommiſſis ſecundo.

OCTAVI LIBRI RVBRICAE.

Ter quoque legatæ notat octauus liber ipſe.
De legatis, & fideicommiſſis tertio.

NONI LIBRI RVBRICAE.

Annua nona tenet, vſum fructum quoque legat.
Seruitus, & dos hic leganter, & optio, vinum.
Inſtructus fundus: ſunt, & legata peculi.
Additur his legata rubris penus, atque ſupellex.

De annuis, & menſtruis legatis, & fideicommiſſis. De vſu, & vſufructu, & reditu, & habitatione, & operis per legatum, vel fideicommiſſum relictis. De ſeruitute legata. De dote prælegata. De optione legata. De vino, tritico, & oleo legato. De fundo inſtructo, vel inſtrumen-

to legato. De peculio legato. De penu legata. De ſupellectili legata.

DECIMI LIBRI RVBRICAE.

In decima parte legas alimenta, vel aurum.
Libera, ac adimit. dubijs, quæ nomine pœnæ.
Norma Catonis habet, pro non ſcriptis quibus aufert.

De alimentis, & cibarijs legatis. De auro, & argento, mundo, ornamentis, vnguentis, veſtimentis, & ſtatuis legatis. De liberatione legata. De adimendis, & transferendis legatis. De rebus dubijs. De ijs, quæ pœnæ nomine relinquuntur. De regula Catoniana. De ijs, quæ pro non ſcriptis habentur. De ijs, quibus, vt indignis hæreditates auferuntur.

VNDECIMI LIBRI RVBRICAE.

Conditio vndecima monſtratur, lex quoque falcans.
Si cui plus fuerit legatum, quàm licitum ſit.

De conditionibus, & demonſtrationibus, & cauſis, & modis eorum, quæ in teſtamentis ſcribuntur. Ad legem Falcidiam. Si cui plus, quàm per legem Falcidiam licuerit, legatum eſſe dicatur.

DVODECIMI LIBRI RVBRICAE.

Eſt Trebellius, atque dies cedit duodena.
Vt pro legatis caueat, legataq; ſeruet.

Ad Senatuſconſultum Trebellianum, & Pegaſianum. Quando dies legatorum, vel fideicommiſſorum cedit. Vt legatorum, ſeu fideicommiſſorum ſeruandorum cauſa caueatur. Vt in poſſeſſione legatorum, vel fideicommiſſorum ſeruandorum cauſa eſſe liceat.

DECIMITERTII LIBRI RVBRICAE.

Tertia poſt decimam eſt poſſeſſio parte bonorum.
Si tabulæ extabunt. mutus bona poſſidet infans.
Præteritis contra tabulas poſſeſſio datur.
Legatum præſtans. bona. dotem confero. ventri.
De coniungendis. edictum Carbo notauit.
Vult bona poſſeſſor tabulas retinere ſecundum.
Quando parens laxat. ex milite. iura patroni.
Obſequium nati debent præſtare parenti.

De bonorum poſſeſſionibus. Si tabulæ teſtamenti extabunt. De bonorum poſſeſſ. furioſo, infanti, mutuo, ſurdo, cæco competenti. De bonorum poſſeſſione contra tabulas. De legatis præſtandis contra tab. bon. poſſeſſ. petita. De collatione bonorum. De collatione dotis. De ventre in poſſeſſionem mittendo, & curatore eius. De coniungendis cum emancipatis liberis eorum. De Carboniano edicto. De bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas. Si quis à parente manumiſſus ſit. De bonorum poſſeſſione ex teſtamento militis. De iure patronatus. De obſequijs à libertis parentibus, & patronis præſtandis.

DECIMIQVARTI LIBRI RVBRICAE.

Libertorum ſunt opera, & bona parte ſuprema.
Vbi libertos aſſignas, fraudi patroni.
Si nulla extabunt tabula datur. vnde qua liber.
Legitimus. cognatus, adhuc ſuccedo. gradusq;
Vnde vir ac vxor miles, non competit omni.
Lex dat, & ordo. ſuis. addatur Tertulli annus.

De operis libertorum. De bonis libertorum. De libertis vniuerſitatum. De aſſignandis libertis. Si quid in fraudem patroni factum ſit. Si tabulæ teſtamenti nullæ extabunt. Vnde liberi. Vnde legitimi. Vnde cognati. De ſucceſſorio edicto. De gradibus affinitatis, & cognationis, & nominibus eorum. Vnde vir, & vxor. De veteranorum, & militum ſucceſſione. Quibus non competat bonorum poſſeſſio. Vt ex legibus, & Senatuſconſultis bonorum poſſeſſio detur. Quis ordo in bonorum poſſeſſione ſeruetur. De ſuis, & legitimis hæredibus. Ad Senatuſconſultum Tertullianum, & Orficianum.

Expliciunt Carmina titulos omnes Infortiati ingenioſa ſerie comprehendentia.

LEGES

LEGES INFORTIATI
ALPHABETICA SERIE
HIC ORDINANTVR.

A

Agnato. de cura. furio.colum.400.in.40
Ab exheredati.de leg.1.986. nu.50
Ab intestato.de iure codicil.853.nu.30
Ab oib.d le.j960.n.40
Acceptilatio eg. Falc.1766.nu.30
Accipientis. de authorit.& consen.tut. 263. nu.30
Actione de rationibus. de tut.& ra. distra.340. nu.50
Actus fui rationem. de admin.& peric. tuto.205. nu.40
Ad fiscum. de act.rei.amo.89.nu.40
Adigere de iure patr.2156 nu 50
Ad instruendam. de admi.& peric.tut. 215. nu.10
Aditio hæreditatis, de acquir.vel omitt. hære.744. nu.40
Administrantes de excu.tut.325.in prin.
Ad testium. de test.& qui test.fac.poss. 418. nu.20
Ad te erani. ad leg.Falc.1687.nu.10
Aestimatis sol.matr.62 nu.40
Aestimare res sol matr.63. nu.10
A duobus.de ope.liber.2170.nu.20
A filio hærede de alimen. & cibaria. leg. 1407.nu.10
A filio hæredem.de leg.j.877.nu 80
A filia operetur ad Trebel.1899.nu.10
Africanus.de leg.1.893.nu.10
Agnato propior.de legi.tu.168. nu.40
Ait Prætor.de iure delib.669.nu.40
Alia causa.solu.matr 26.in prin.
Affiberto suo.de bo.liber.2207.num.40
Alienus fundus.ad leg.Fal.1730.nu.20
Alimenta & vestiaria. de ali. & cibaria. leg.1408. nu.10
Alimēta liberto.de lib.agnos.109.nu.30
Alimentorum.de assig.lib.2221 nu.50
Alio hærede de alim.& cibaria.leg.1399. nu.10
Alioñ accidit.d cōd.& dem.1648.n.30
Aliter atque.de pecu.lega.1367.nu.50
Alterius curator de usu. & ra. distrac. 350. nu.20
Alteri ex heredibus.de adi leg.1505.n.10
Alumnæ suæ.de adim.leg 1508.nu.30
Amicissimos. de excu.tut.321.nu.40
An in magistratus. de magis. conuen. 380. nu.60
Annua his verbis.de annu.le.1245 n.10
Annui à pecuniā.de annu.le 1231.nu.30
Anne abulas.de iure codi.844 nu 30
Annilius de acq.vel omit.hær.757.n.10
A patre vel domino.de le.3 1314.nu.30
Apud Arilenē. de admi.tut.252 nu.10
Apud Asidium.de opt.leg 1315.nu.40
Apud Labanum.de hær.inst.508.nu.30
Apud Iulianum.ad Trebel.1805.nu.40
Apud Iulianum. de legat.1.795.nu.10. Alias incipit Africanus.
Apud Pamphilum.de auro & arg.lega. 1421 nu 40
Argento legato.de leg 3.1183.nu 20
Argumēto stū.d au.& arg.le.1438.n.40
Aristo existimat. de acq.vel omit.hær. 728. nu.50
Aristo.de acq.vel omit.hære.782.nu.40
Aristo negauit. de iure codi.849.nu.20
Aristo scribit. de iure delibe.668 nu.30
Asse toto.de hære.instit.566.nu.40
Assignare. de assig.lib 2220.nu 60
A testatore. de cōd.& dem.1647.nu.30
Athletæ habent.de excu.tut 291.nu.20
At vbi. de lega.præstan.2066.nu.50
A tute.remotus, de contra. & vtili act. 357. nu.20
A tutoribus.de admi. & peri.tu.216.n.20
Auferi hīdi.de ijs, q vt indi 1547.n.20
Auia q̄ nepotē. de cōd.& de.1626.n.10
Auibus legatis.de leg.3.1193.nu.50
A vobis quoq;. de annu.leg.1231. nu.10
Aurelius Symphorinus. de lib.leg.1480
Aurelio Septonio. de lib.leg.1473.n.30
Aut certè, de ope.liber.2176 nu.30

B

Balista,ad Trebel.1857 nu.50
Bello amissi.de excu.tut.312 nu.30
Beneficio legis.ad leg. Falc.1729.nu.10
Bona autem,de bo.pos.2015.nu.20
Bona militis. de vetera.suc.2265.nu.10
Bonorū possessio.de leg.p̄ma.2072.n.40
Bonorū possessio.de bo.pos.2014.nu.10
Bonorū possessio. vnde lib.2234.nu.20
Bonorū vētris.de cura.furio.399.nu.10

C

Caius Seius, de leg.2.1088.nu.10
Caius Seius de Senat.Syl.836.n.30
Caius Seius. de iure patr.2159.nu.30
Caius Seius solu.matr.59.nu.10
Caius Seius.de annu.lega.1237.nu.20
Caius testamēto. de excu.tu 390.nu.20
Caio Seio.ecc.de ali.& cib.le.1403.n 30
Campanus.de ope.liber 2186.nu.40
Cancellauerat. de ijs quæ in test.delen. 495. nu.50
Capitis de.s.& legi.hær.2278. nu.20
Capitis.vnde cog.2242 nu.10
Captatorias.de hære.insti.564.nu.10
Captatoriæ, de leg 1.921.nu.40
Carbonianū, de Carb.edic.2121.nu.30
Carmelia. de iure pat.2165. nu.10
Cassius etiam. de lib.lega 1472 nu.50
Catoniana regula.i. de reg.Cato.1543. nu.20
Causa cognita.de vulg.& pupil.substit. 626.nu.20
Celsus patet.de lega.2.1004.nu.20
Cēturio. de vulg.& pup substit.605 n.10
Centutio. de mili.testa 679.nu.20
Cerdonem de oper liber.2185. nu.40
Centum est. de minuto vulg.& irri.testa. 474. nu 30
Certarum rerum,de rest tut.143.nu.20
Cæcilius igitur.de leg.1.896.nu 40
Charta appellatio.de secundum tabu. 2144.nu.20
Chartis legatis de leg.3.1220.nu.10
Chyrographis.de admin.& peric.tuto. 247. nu.10
Cyphi electione, de optio. lega.2307. nu.30
Circa eos.de hære.insti.502.nu.10
Circa legem Falcidiam.ad leg.Falcid. 1934.nu.40
Circa pupillum.de admin.& peric.tuto.200.nu.30
Circa tempora, quis ordo in bo.possi.sec. 2269. nu.30
Ciuis ciuitatis, de reb.dub.1616.n.30
Ciuitatibus. de leg.1.983.nu.30
Claudius Seleucus, de ijs quibus vt indig.1558.nu.40
Clemens patronus. de hære.instit.569. nu.40
Clodius.de acq.vel omi.hæ.781.nu.20
Codicillis Caio. de leg.2.1100.nu.40
Codicillis testamento. de annu. lega. 1242.in prin.
Codicillis. de vsu & vsufr.le.1276.n.20
Cogi.ad Trebel.1825.nu.40
Cognatis.vnde cog 2242.nu.60
Cohæredi. de vulga. & pupil.substitut. 627.nu 40
Commodissimè.de libe.& posthu.433. nu 30
Communi.de bo.liber.2205.nu.10
Complura,de tutel.136.nu.30
Concubinam ex ea.de cōcub.126.nu.40
Concubinā ex sola. de cōcub.126.n.40
Conditiones.1.de cōdi.instit.654. nu.10
Conditiones.2.de cōdi.insti.656.nu.30
Conditiones extrinsecus, de condit.& demonst.1643. nu.20
Conditionum.de condit.& dem.1639. nu.10
Conditionum quædam. de condi.& demonstr.1570.nu.40
Cōditionibus.de cōdi.& de.1592.n.40
Confiuntur. de iure codic.846.nu.40
Coniunctim hēdes. de le.3.1204. nu.20
Cōsilio & opera.de cur.furio.397.n.10
Cōstitutione. q d i frau.p2.2231.n.10
Continetur. de fundo instr.1341.nu.30
Contra rutum,de act.re.amo.85.nu 30
Contrariam tutelæ actionem. de contra. & vti.act.352.nu.50
Conuento hære. de tute. & ra. distra. 352. nu.10
Cornelius.de hære.insti.563.nu.20
Credendum est, qui peta.tuto.179.numero 40
Creditor debitori.de lib.leg.1488 n.30
Creditori ita.de leg.3.2133.nu.30
Creditorem,de leg.2.1087.nu.40
Cuius bonis, de cura.furio.399.nu.20
Cui fundus legatus.de condi.& demō. 1609. nu.50
Cui quæ Romæ, de leg.3.1205.nu.60
Cui seruus, si quis omis.cau.testa.810. nu.50
Cui vsusfr.de vsu & vsufr.le.1269.n.20
Cū ab initio.quēad.test.ape.786.nu.50
Cum ab vno.de leg.2.1026.nu.40
Cum alij penum. de trit.vi.& oleo leg. 1318. nu.10
Cū alimēta.de ali & cib.leg.1418.n.10
Cum alter.de Senatusc Syll.815.nu.10
Cū à planibus. de serui leg.1286 nu.40
Cum apud hostes.de liber.& posthum. 471.nu 20
Cum aurū.de au.& arg.leg.1431 nu.20
Cum autem pars.de legat.2.993.nu.30
Cum suus filium. de condit.& demon. 1646. nu.20
Cum centū.de adimen.leg.1498.nu.20
Cum cerus numerus, de trit.vi.& oleo lega 1320. nu.10

Cũ certũ. de auro & arg.leg.1425.n.10
Cum certum pondus, de tit.vt.& oleo lega 1319 nu 40
Cum codicillis, de testa.tut.153 nu.50
Cum curatore de admi.& peti.tut.209. nu.20
Cũ de lanionis, de fun instr.1343. n.30
Cum deliberã. de cura.furio.396 n.20
Cum dñs. de Senatusc.Sylla 834.nu.20
Cum dñs seruum. de pec.le.1371 nu.10
Cũ dos plegatur. de do.ple.1287 nu.30
Cum dotem ad leg. Falc.1728.nu.30
Cum ei qui partẽ. de lega.2.1017.nu.40
Cum emancipatus de stab.2047.nu.60
Cũ emancipatus de colla.bo.2083.n 40
Cum emptor ad leg.Falc.1720.nu.30
Cum enim hæreditas, si quis omiss causa testa.306.nu.20
Cũ etsi pecunia, de annu.le.1252 n.30
Cũ & tunicas de au.& arg.le 1438 n.30
Cum ex filio. de vulg.& pup substi.624. nu.30
Cũ ex oratione. de excus.tut.325.nu.60
Cũ falsũ. de acq. vel omit.hær.746.n 10
Cum filius rogatus, de condi.& demõ. 1652. nu.40
Cum filius de leg.2.1055.nu 10
Cum filiusfa. de mili.testa.639.nu.40
Cum filiofamilias, quis ex in bo.poss. secuerit.2270. nu.20
Cũ filiofa. de leg.& fideicõ.2.864 n.20
Cum filiofa. de leg.3.1178.nu.20
Cũ filio, de vulg & pup.substi.592. n.40
Cum fisco. de Senatusc.Syll.830. nu.30
Cum fuerit. de cõd.& dem.1579. n.10
Cũ fundus. de fundo instr.1151.nu.30
Cum fundus de leg.2.993.nu.40
Cũ hæres deductis ad Treb.1874.n.10
Cũ hîs. de acq.vel omit.hær.749. n.20
Cũ hîs rogat. de libe lega.1476. nu.30
Cum hæres ad Trebel 1860.nu.10
Cũ hîditas & adm. & peri.tu.250.n.60
Cum hæreditas ad Trebel.1860. nu.20
Cum hæreditas, ad Trebel.1872.nu.10
Cum hæreditate de acq vel omit.here. 752. nu.30
Cum illud quando di.le.ce.1966.nu.30
Cum in annos. qũ di.leg ce.1952 nu.10
Cum in annos, de annu.leg 1228.n.20
Cum in annos. qũ di.le.1964. nu.50
Cum in annos, de annu.le.1237.nu.10
Cum incertus. de lega.1.868.nu.30
Cum in secundis. de iniusto rupto & irrito facto testa.489.nu.40
Cum in substõne de leg.3.1220. nu.30
Cum in testa. de rebus dub.15 7.nu.10
Cum in testõ de hæ.e. instit.537 nu.10
Cum in test. de au. & arg.le.1443.nu.10
Cũ ita datur. de cõd.& dem 1641.n.20
Cum ita legatur de lega.2.1006 nu.30
Cum ita legatum. qñ di. leg 1956.nu 20
Cum ita legatur de opti.le.1309.nu.50
Cũ ita legatũ. đ cõd.& dem.1613.n.40
Cum ita legatum de vsu & vsufru. leg. 1281. nu.30
Cũ ita testamur, de lib.lega.1475.n.10
Cum legato quãdo dies leg.1957.nu 30
Cum legatorum. vt lega.1987.nu.10
Cũ lege, de testa.& q test.fa.pos 421.20
Cum mulier solu.matr.60. nu.40
Cum mulier. de Carb.edic.2135.nu.40
Cum mulier. solu.matri.64.nu.40
Cum mulier de act.rei amot.76.nu.50
Cum non facilè si cui plus quàm per legem Falc.1782. nu.20
Cum optio. de opt.lega.1315.nu.10
Cum offendimus. de fideiuss 370.nu.20
Cum pater ex leg.Falc.1729.nu.30
Cum pater filius. de leg 2.1160.nu.10
Cum pĩ plurib. de fun.instit.1326.nu.20
Cum patronus. de ope.liber.2177.nu.20
Cum patronus. de leg.2.1003 nu 40
Cum plures, de admi.& peric.tut.200. nu.50
Cũ posthumus, lib.& posth.443.n 20
Cum post mortem, de admin.& peric. tut.217. nu.30
Cũ propter. de lega. prestan.2059.n.10
Cũ proponebatur. de lega.2 1032.n.30
Cum pub. de reb.dub.1536. nu.30
Cũ pupillus. de cõd.& dem.1628.nu.40
Cũ pupillus, de tut.& ra distr.351.n.30
Cũ quæritur. de fundo instru.137.n.20
Cum quæreretur, de admi.& peric.tut. 204. nu.10
Cum quæritur, de reb.dub.1537. nu.30
Cum quæreretur. de leg 3.1187.nu.40
Cum quidam. de annu.leg.1252 nu.30
Cum quidam de leg 2.1001.nu.10
Cum quidam. de tuto.& cur.167.nu.50
Cum quidã. de libe.& posth.442.n.10
Cum quidam, de bo pos.2025.nu 20
Cũ qui 33 duos de fun.instit.1327.nu.40
Cum quidam legationis, de acquit.vel omit.hæ.ie.730. nu.10
Cum quidam libertum. de auro & arg. leg 1781.nu.30
Cum quidam scripsisset, de ijs, quibus vt indig.1558.nu.10
Cum quidam vxori. de supel.lega.1390. in princ.
Cum quidam vxori de leg.2.999.n.20
Cũ qs vxori, de dote præic.1294.nu.10
Cum quis decedens, de leg.3.1149.n.10
Cum quo. ad leg Falc.1725.nu 20
Cum res legata. de leg.1.1005.nu.20
Cũ scriptũ esset de dote põle.1297.n 1.20
Cum semel. de tute.130.nu.40
Cum Senatus, de reb.dub.1535.nu.30
Cũ seruus ita. de cõd.& dem.1633.n.20
Cum seruus legatus. de leg.1 894.nu.40
Cum seruus legatus, de adi. lega.1500. nu.30
Cum seruus. de condi.instit.659.nu
Cum sine. de Carb.edict 2135.nu 10
Cum sine. quando di.lega.1959 nu 10
Cum soluto, de act.re amo.96.nu.20
Cũ solus de acq.vel omit.hæt.759.n.30
Cũ sub hac. de cond.& dem.1615.nu.10
Cum iuxt ancillæ. de leg.3 1198.nu.20
Cum tabulæ. de secũdis tab.2145 nu.40
Cum tabulis secundis, de ijs, quib.vt indig.1561 nu 10
nem tutelæ directam. sic ècontra quod ei debetur, venitur in contrariam. sed quod incipit deberi ex negotio non connexo poſt finitam tutelam, non venit in directam. ergo & ſi quid impendit in tali negotio non connexo, non venit in contrariam: vt hic dicit.

a *Bona fide.*] hoc ſup. eod circa princ. dixit ex officio.

b *Hanc actionem perpetuam.*] quia ſic eſt in directa: vt C. eo. ti. l. tutores. Accurſius.

c *Hæredi.*] quia ſic eſt in directa: vt ſup. tit. 1. l. 1. §. hanc actionem.

A *Tutela*] CASVS. Tutor fuit remotus à tutela tanquam ſuſpectus. nunquid poteſt agere cõtrario iudicio ad repetendum id, quod impendit in rem pupilli durante adminiſtratione? Et dicitur, quod ſic, quãuis pupillus nõ ſit adhuc factus pubes: quia perinde eſt, ac ſi eſſet finita tutela puberta te pupilli. nam & pupillus poteſt eũ conuenire act. tu. ac ſi eſſet finita tutela pubertate. Viu.

1† Li. 22. Digeſt.

d *A tutela remotus.*] vt ſuſpectus. Accurſ.

e *Finita*] ſ. pubertate pupilli. nam & hic finita eſt: vt ī. de ſuſpec. tut. l. decreto. & Inſtit. quib. mod. tut. ſi. in fin. ſecus vbi ſuſpecto eſt adiungendus curator: vt ſup. ti. 1. l. ſi tutor. §. pen. & facit ſup. eo. l. primo. §. finito.

2† Lib. 1. Reſpon.

H *Æredem.*] CASVS. Hæres tutoris ſoluit pro pupillo illã pecuniam, in qua erat obligatus pupillus: certũ habet ad eam recuperandam à pupillo cõtrariam actionem. Viuianus.

f *Hæredem tutoris.*] ſic ī. man. l. hæredẽ.

S *I tutor.*] CASVS. Tutor obligauit ſe pro pupillo cuidam creditori pup. & obligatio nouandi in ſe ſuſcepit. certè finita tutela habet contrariã actionem ꝑ pupillum, vt eum faciat liberari ẽt antequam ſoluat creditori pup. tutor. Viu.

g *Antequam ſoluat*] quia videtur ei abeſſe: quia eſt obligatus: vt ī. de neg. geſt l. ſi quis mandante. & l. 1 & 2. & ſup. man. l. ſi mandato. in prin. ſecus in fideiuſſore: vt C mand. l. ſi pro ea. & quæ eſt ratio, dixi in d. l. ſi quis mandante.

DE EO, QVI PRO TVTORE, vel curatore, &c.

¶ *Vna pars eſt pro tutore: alia pro curatore: vt C. de neg. geſt. l. qui pupilla ſicut bon. poſſ. vt inf. de bon. poſſ. l. ſertia. §. hæreditas.*

P *Protutela.*] CASVS. Vlpianus primò rationẽ reddit, quare inuenta eſt à Prætore actio protutelæ. ſecundo dicit quis videtur gerere pro tutore. i. ille, qui credit ſe tutorem, cum non ſit: & ille, qui ſcit ſe nõ eſſe tutorem, fingit tamen ſe eſſe, & adminiſtrat. vnde ſi ſeruus Tiuij adminiſtret tutelam Sempronij quaſi tutor, dabitur in dominũ vtilis actio protutelæ de peculio. Tertio dicit, quod ille, qui adminiſtrat tanquam tutor, cum non ſit, poteſt conueniri etiam ante pubertatẽ pupilli: vnde ſi aliquis fuit datus tutor ad tempus, & poſt tempus adminiſtret, de illa adminiſtratione tanquam tutor tenetur actione protutelæ. Item ſi antequam eſſet tutor, adminiſtrauit, vt tutor, de illa adminiſtratione tenetur actione protutelę. Quarto dicit, ꝙ ſi aliquis adminiſtret tanquã tutor negotia eius, q̃ nõ poteſt habere tutorem, quia nondum natus eſt, vel alio modo non poteſt habere tutorem: non habet locum actio protutelæ. ſed nego. Quinto dicit, ꝙ actio protutelæ non datur cõtra curatorem impuberi datũ: ſ. d benè datur contra illũ, qui compulſus eſt per iudicẽ vt adminiſtret tutelam cum non ſit tutor. Sexto dicit, oꝺ in actione protutelæ veniunt vſuræ. & tenetur protutor non ſolum de ijs, quæ geſſit, ſed etiam de ijs, quæ nõ geſſit. ſi alius geſſiſſet iſto non incipiẽte gerere poteſt tamen dimittere geſtionem cum primũ cognoſcit ſe non eſſe tutorem: dum tamẽ propinquos pupilli certioret. vt petant ei tutorem: aliàs tenetur.

3† Lib. 5. ad Plautium.

4† Pro vel curatore. P. F.

5† L. 1. 6. ad edict.

h *Incertum ſit.*] pupillo quondam, nũc adulto.

i *Qui tutor.*] ſ. verè exiſtens.

k *Quaſi tutor.*] ſcilicet cum non ſit tutor.

l *In vtrumque caſum*] id eſt, ſiue verè fuerat tutor, ſiue verè non fuerat.

m *Actionem ſcripſit*] non aperit quam. vnde dic, quando tutor verè fuerit, diſtinguitur, an ſciuerit, & tunc tutelæ, an ignorauerit, & tunc protutelæ: vt inf. eo. l. quæro & inf. eod. l. §. ſi curator. ſi verò non erat tutor, tunc indiſtinctè ſciuerit, vel non, dũmodo geſſerit, vt tutor, habeat locum actio protutelæ: vt inf. eod. §. pro tutore. & quod ſubijcit, actione tamen &c. altero caſu cum diſtinctione tutelæ, & protutelæ: altero indiſtinctè protutelæ, vt dictum eſt. & hoc ſecũdum Azo. Vel dic hoc principium loqui, quando adultus eſt incertus, adminiſtrauerit verus tutor exiſtens, aut non exiſtẽs. Et quod dicit in vtroque caſu, id eſt quicunq; caſus ſit: dum tamen dubium eſt. & dic dari tantum protutelæ. ſi autẽ certus eſt de veritate, habeat locum prædicta diſtinctio. & ad hanc literam facit, quod ſequitur: ſolent enim &c. Item quod dicit, ſiue tutor eſt, ſiue non, ſubaudi, dum tamen dubium eſt.

n *Fungitur*] in hoc caſu datur ei actio negotiorum geſt. in eum, qui ſponte gerit. ſed cum dicat protutore agere: ergo neg. geſt. habet locum, vt hic, & C. de teſtamentaria tutela. l. 4. in fi.

a *Tutela.*] id est, actionem protutelæ vtilem de peculio. vt sup. de pec. l. ex facto. Item arg. contra. inf. eo. §. si quis quasi. item facit C. eo. l. 1.

b *Nulla dubitatio est*] vt & sup. tit. 1. l. 1. §. finito. & infr. rem pup. l. non quasi. §. sed in eo. Accursius.

c *Finita*] ad tempus fortè datus erat.

d *Deinde quasi*] deest verè tutor. hoc enim quasi, est veritatis expressiuum.

e *Deuolutur.*] vt & sup. titul. 2. l. si tutor post. §. si

f *Habere potest.*] vt & supra de tutor. & curato. da. ab. ijs. l. Seiæ.

g *Alio cessat.*] Cur ergo similiter non cessat, vbi quis se putat tutorem, cum esse non poterat: vt supra eod. §. proinde. quæ est argu. contra? Respondeo, quia seruus aliquando potest tutor dari, scilicet testamentarius: vt Institut. qui dar. tut. poss. §. primo. & secundo. sed puberi non potest dari vllo modo. sed si datum inuenias aliquem, qui nullo modo possit dari: dic idem: vt cesset protutelæ, vt in milite: vt C. qui da. tut. po. Larmatæ sed certè seruus existēs seruus, nunquam potest esse tutor. Vnde dic fauorem pupillis debitum notare differentiam.

h *Natus est*] vt quia adhuc est in vtero, nec nascitur viuus, vel nullo modo nascatur: & ita nullius omnino videtur fuisse: vt infr. de verborum signification. l. qui mortui. & ita cum nullo tempore appareat tenuisse dationem tutoris: non protutelæ agit, sed negotiorum gest. vtilis vt Sabinus scribit. & sup. titulo secundo. l. postumo. & de negot. gest. l. cum pater. §. fin. de testamen. tut. l. si nemo. 6. fi.

i *Alio*] vtilis. Accursius.

k *Hanc actionem*] protutelæ: sed datur act. negotiorum gestorum.

l *Curatus*] verè enim erat curator. & hoc sciebat, & sic gerebat: vt inf. eo. l. quæro. Accursius.

m *Debeat*] actione protutelæ. Accursius.

n *Atille*] de quo sup proxim. dixi: qui verè erat curator. Alii dicunt, q̄ non tutor gerens, vt tutor tenetur protutelæ: sed non curator gerens, vt curator, nō tenetur protutelæ. Quod hoc verum sit, hæc litera non patitur. An autem concurrat actio negot. gest. cum ista actione? quidam quod sic:

se putat tutorem, siue scit non esse: fingit tamen esse. Proinde, & si seruus quasi tutor egerit, Diuus Seuerus rescripsit, dandum in dominum [1]† iudicium tutelæ. [a]

¶ Cum eo, qui pro tutore negotia gessit, ante pubertatem agi posse tutelæ, nulla dubitatio est: [b] quia tutor non est. Quare, si quis finita [c] tutela, pro tutore negotia impuberis gessit, tenebitur.

¶ Sed & si prius pro tutore administrauerit, deinde quasi [d] tutor, æquè tenebitur ex eo, quod protutore administrauerit: quamuis deuolutatur [e] hic gestus in tutelæ actionem.

¶ Si quis quasi tutor negotia gesserit eius, qui iam pubes est, neque tutorem habere potest, [f] protutelæ actio cessat. [g]

¶ Simili modo, & si eius, qui nondum natus est. [h] Nam vt pro tutore quis gerat, eam esse personam oportet, cuius ætas recipiat tutorem, id est, impuberem esse oportet. Sed erit negotiorum gestorum actio. [i]

¶ Si curator impuberi à Prætore * datus, negotia gesserit: an, quasi pro tutore gesserit, teneatur, quæritur. Et est verius, cessare hanc actionē: [k] quia officio curatoris [l] functus est.

¶ Si quis tamen, cum tutor non esset, compulsus à Prætore, vel à Præside, dum se putat tutorem, gesserit tutelam; videndum est, an pro tutore teneatur. Et magis est, vt quamuis compulsus gesserit: teneri tamen debeat: [m] quia animo tutoris gesserit, cum tutor non esset. At ille [n] curator, non quasi tutor, sed quasi curator gessit.

¶ In protutelę iudicio vsurę quoque veniunt. Sed vtrum solummodo in id, quod gessit, tenebitur: an verò in id etiam quod gerere debuit? Et si quidem omnino non attigerit tutelam, non tenebitur. [o] Neque enim attingere debuit, qui tutor non fuit. Quòd si quędam gessit, videndum est, an etiam eorum nomine, quę non gessit, teneatur. Et rectè hactenus tenebitur, si alius [p] gesturus fuerit. Sed si cognito, quòd tutor non fuit, abstinuit se administratione, videamus, an teneatur, si necessarios [q] pupilli non certiorauerit, vt ei tutorem peterent? Quod verius est. [r]

Caius. [2]†

LEX II.

SI is, qui pro tutore negotia gerebat, cum tutor [3]† non esset, rem pupilli vendidit, nec ea vsucapta est, [s] petet eam pupillus, quamquam ei [t] cautum est. Non enim est eadem huius, quę tutoris rerum pupilli, administratio.

4† *Iabolenus.* 5†

LEX III.

QVęro, an is, qui cum tutor testò datus esset, &

* Circa hoc dubitaret, an talis debeat satisdare? & vt q̄ nō, qa datus à iudice p inquisitionē: vt C. de tu. & cur. q̄ satis nō dede. l. 1. hodiè tñ fec⁹. vide gl. 1. ad l. 1.

quia gerit suspicione necessitatis. tu dic, quod non: vt not. sup. de neg. gest. l. tertia. §. hac actione.

o *Non tenebitur*] vt C. de test. tut. l. 1.

p *Alius*] accedens protutor quasi omnia gesturus teneme in duobus casibus de gerēdis, scilicet, si alius erat gesturus omnia, vt hic. Item & tunc quando incipit scire se non esse tutorem, & perseuerauerit, aliàs non: qa eum error excusat. vt hic innuit. aliud est in spontaneo gestore, qui ab initio accessit, omnia gesturus: quia tenetur etiam si alius gesturus non erat, vt supra de negot. gest. l. si pupilli. §. fi. & facit. C. de neg. gest. l. 2. in fi. Accursius

q *Necessarios.*] i. cognatos. sic ponitur. ff. de iusti. & iu. l. fin. & facit sup. de administra. tut. l. tutores qui. §. qui se. Accursius.

r *Quod verius est*] ergo si certiorauit, non tenetur, nisi alius erat gesturus, aliud in spōtaneo gestore, qui accessit vt omnia gesturus: vt modo notaui.

Si is, qui.] CASVS. Titius tanquā tutor cum non esset, administrabat negotia Seij: & sic administrādo equum Seij pupilli vendidit Caio. certè pupillus potest eum vendicare à Caio, si Caius adhuc nō vsucepit, quāuis habeat pupillus ob hoc obligatum dictum protutorem. Vlpianus.

s *Vsucapta est.*] scilicet post pubertatem pupilli: quia non vsucapiuntur res pupilli ante pubertatem: vt infra de acquiren. rerum dominio l. bonæfidei. Vel verius dic, quia nec potuit: vt d. l. bonæfidei. secus si non erat pupilli, licet eius putaretur: vt inf. de excep. dol. l. apud Celsum. §. si quis non tutor. & sic non obest l. illa, quæ videbatur contraria.

t *Et*] scilicet pupillo ab eo, qui fatisdat rem pupilli saluam forè. sic & infra tit. 1. l. pupilli. & facit infra de reb. eorum. l. neque.

Quæro, an is.] CASVS. Titium in testamento meo dedi tutorem meis filijs: hic Titius nesciens se datum tutorem administrauit tutelam filiorum meorum. Certè tenetur ea actione protutelæ & non tutelæ. nam ad hoc vt tutelæ teneatur, necesse est, q̄ se tutorem esse sciat: hic autem nesciebat. Vlpianus.

1† Iudicium vtile. P.F.

2† Li. 25. Digest.

3† Sic in P.F. Hal. aūt negationē. hāc sustulit. et malè Aul. 4. eme. c. 7.

4† Iauolenus.

5† Lib. 5. Epistol.

a *Tutorem esse*] s. vt teneatur tutelæ actione, igitur tenetur hac actione protutelæ. Accur.

Qui pro tutore] CASVS, Ille qui administrat tutelã pupilli tanquã tutor, cum non sit, debet præstare in administratione fidem & diligentiam, sicut facit tutor verus, & si aliquid impendat in negotijs pupilli, ad illud repetendũ hẽt contrariam protutelæ actionem. & hoc dicit cũ. l. seq. Vib *Tutor*] quam autem præstat tutor, dicitur ff. de tu. & ra. distr l. 1. in princ. & C. arb. tut. l quicquid. & ff. de admin. tut. à tutoribus in principio.

b *Exigit. Contrariam*] i. contraria actio pro tutelæ: & statim: vt ff. tit. ad Q. Mutium. 1 Lib. 16 l. 1. §. 1. & 2.

QVOD FALSO tutore, &c.

¶ *Quid differt hic titulus à superiori? Respon. hic consulit contrahenti cum pupillo falso tutore authore, vt inf. prima. §. fin. de ipso pupillo. Item ille habet locũ sive sciat se non esse tutorẽ, sive credat se esse cum non sit, vt sup. tit. n. l. 1. §. protutore. hic autem tantum quando scit se non esse, vt inf. eo. l. penultimè. in prin.*

2 Lib. 10 ed edict.

Pro tutore negotia gerit] CASVS. Quia multi cum falsis tutoribus contrahentes decipiebantur: ideo Prætor super hoc suum edictum proposuit, volens remedium contrahentibus adhibere. cuius edicti verba sunt talia. De eo quod gestum erit eo authore, qui tutor non fuerat dabo in integrum restitutionem actori, si ipse ignorauerit falsum esse tutorem. & hæc verba habes partim in primo. §. huius legis: & partim in eadem lege. §. per. quod edictum Prætoris laudat dominus Vlpianus, dicens, huius edicti æquitas non est ambigua, immo certa. positum est enim, ne contrahentes decipiantur, dum falsus tutor adhibetur. dicit tamẽ dominus Vlpia. q̃ dictis edicti verbi multa desunt. dicit enim tantummodo de eo, qui tutor nõ est. quid ergo si tutor est; authoritatem tamen non potest accommodare pupillo contrahenti. certè perinde est, ac si nõ esset tutor. istud ergo deest verbis Prætoris. & ponit duo exempla de eo tutore, qui non potest authoritatem præstare. Item & istud aliud deest verbis edicti. potest enim esse, quod non esset tutor, & tamen authoritas sua valeret, puta si duo tutores authoritatem in contrahendo præstent pupillo, quorum vnus est verus, alter falsus, valet enim quod agunt. Item & istud aliud deest verbis edicti. non enim fuit locutus Prætor, nisi de vno tutore: nam habet locũ id, quod dictum est in vno, etiam si plures falsi tutores interueniant. Item & istud deest, quia non dixit de protutore: in quo quidem idem est scilicet, vt sicut in primo, & tertio habet locum in integr. restit. vt dictum est: ita & in hoc. & hoc verum est, nisi Prætor iusserit cum his contrahi. nam tunc in integ. restit. non dabitur. Item laudat Vlpia. alia verba, quæ sunt in eodem edicto, si id actor ignorauit, &c. & reddit rationem ad edictum Prætoris. quia contrahens cũ pupil. falso tutore authore; & sciens eum esse falsum, decipit seipsum: & ideo non est mirum, si Prætor noluit ei subuenire. Quid si contrahenti dictum sit, falsum tutorem intercenire, & ipse nõ credidit, certè bene subuenitur ei. Quid si pup. vel adultus contrahant cum pupillo falsum tutorem habente, & sciant eum esse falsum? non nocet eis scientia. Quid si maiorem viginti quinque ann. velit falsus tutor conuenire nomine pupilli, & cum ille nollet ei respondere, sciens eum falsum esse, Prætor cõpulit eum respondere in iudicio: nunquid nocebit ei scientia? certè non. Quid si pup. habens verum tutorem, eo authore contrahat cum alio pupillo falsum tutorem habente. vendendo et. puta rem suam, & ambo sciant eum falsum esse? certe pupilli scientia non nocet ei. Sed nũquid scientia veri sui tutoris ei noceat? & quibusdã videtur, quod sic. tũ si ei pup. cautũ est contra suum verum tutorem, puta quia promisit tutor rem suam saluam fore, & soluendo est idem tutor. sed certè melius est, quod scientia dicti veri tutoris non noceat pupillo, immo possit vendicare dictam rem suam vendi. tam alij pup. habẽti falsum tutorem, & non debeat expectare, vt agat contra suũ tutorem ex illa cautione, qua promisit res eius saluas fore: quæ cautio quodammodo incerta est: quia non est certum, virum pupillus finita tutela possit à tutore suo vero recuperare damnum sibi contingens propter rem suam venditã. forte enim efficietur tutor non soluendo. & quod dixit in prædicto casu vbi vendit verus tutor rem pupilli sui alij pupillo falsum tutorem habenti, scienter dicto vero tutore, & pupillo suo falsum esse alterius pupilli tutorẽ, scilicet quod pupillus non expectet incertum cautionis euentum, sed rẽ suam vendicet: idem est in omni alio casu, vbi pupillus sit deceptus authoritate tutoris sui: scilicet, vt omisso tutore, possit iuuari contra aduersarium suum, qui eum tutorem dixit. hoc dicit cum legibus seq. vsque ad l. nouissimè. Vide *Acquirit*] quod est inf. proxi. §. & §. fi. & l. nouissimè.

3 † Alias deest verbum inquit.

Hvius edicti] Primo commendat edictum. Secundò ponit verba edicti. Tertiò per modum cuiusdam reprehensionis conqueritur defectuosum esse edictum. Quartò intrat materiam disputationis circa hoc edictum. secunda ibi, Verba autem. tertia ibi, Verbis edicti. quarta ibi, Item hoc edictum vsq; ad §. ait Prætor. CASVS. Quia multi cum falsis tutoribus contrahentes decipiebantur: ideo Prætor super hoc suum edictum proposuit, volens remedium contrahentibus adhibere. cuius edicti verba sunt talia. De eo quod gestum erit eo authore, qui tutor non fuerat dabo in integrum restitutionem actori, si ipse ignorauerit falsum esse tutorem. & hæc verba habes partim in primo. §. huius legis: & partim in eadem lege. §. per. quod edictum Prætoris laudat dominus Vlpianus, dicens, huius edicti æquitas non est ambigua, immo certa. positum est enim, ne contrahentes decipiantur, dum falsus tutor adhibetur. dicit tamẽ dominus Vlpia. q̃ dictis edicti verbi multa desunt. dicit enim tantummodo de eo, qui tutor nõ est. quid ergo si tutor est; authoritatem tamen non potest accommodare pupillo contrahenti. certè perinde est, ac si nõ esset tutor. istud ergo deest verbis Prætoris. & ponit duo exempla de eo tutore, qui non potest authoritatem præstare. Item & istud aliud deest verbis edicti. potest enim esse, quod non esset tutor, & tamen authoritas sua valeret, puta si duo tutores authoritatem in contrahendo præstent pupillo, quorum vnus est verus, alter falsus, valet enim quod agunt. Item & istud aliud deest verbis edicti. non enim fuit locutus Prætor, nisi de vno tutore: nam habet locũ id, quod dictum est in vno, etiam si plures falsi tutores interueniant. Item & istud deest, quia non dixit de protutore: in quo quidem idem est scilicet, vt sicut in primo, & tertio habet locum in integr. restit. vt dictum est: ita & in hoc. & hoc verum est, nisi Prætor iusserit cum his contrahi. nam tunc in integ. restit. non dabitur. Item laudat Vlpia. alia verba, quæ sunt in eodem edicto, si id actor ignorauit, &c. & reddit rationem ad edictum Prætoris. quia contrahens cũ pupil. falso tutore authore; & sciens eum esse falsum, decipit seipsum: & ideo non est mirum, si Prætor noluit ei subuenire. Quid si contrahenti dictum sit, falsum tutorem intercenire, & ipse nõ credidit, certè bene subuenitur ei. Quid

Quod falso tutore authore gestum esse dicetur.

TITVLVS VI.

Vlpianus lib. 12. ad edict.

LEX I.

HIvius edicti æquitas [d] non est ambigua: [e] ne contrahentes decipiantur, dum falsus tutor adhibetur.

¶ Verba autem edicti hæc sunt: Quod eo authore (inquit [f]) 3 † qui tutor non fuerit. [g]

¶ Verbis edicti multa desunt. [h] Quid enim si fuerit tutor, is tamen fuit, qui authoritatem accommodare non potuit, puta furiosus, [i] vel ad aliam regionem datus? Sed Pomponius libro xxx. scripsit, interdum, quã-

d *Ambigua*] i. dubia. immo certa. & indubitata scilicet ne contrahentes. &c.

e *Inquit*] s. Prætor.

f *Non fuerit*] gestum erit, subaudi. dabo in integrum restitutionem: quæ verba detruncatè posita sunt, vt ff. ea. l. in fi. Item postea adiciuntur in edicto Prætoris. & illa verba, quæ dant aliud remedium, quæ habes ff. eo. l. nouissimè. in prin. Et no. q̃ tria remedia ex hoc edicto sunt prodita. Vnũ contra ipsum dolosum tutorem, vt ff. eod. l. nouissimè. in prin. Aliud contra eum, qui dolo fecit, vt non tutor authorisetur, vt ff. eo. l. huius actionis. & ista duo sunt per actionẽ in factum, vt d. l. nouissimè & l. huius. §. 1. Et tertium de restitutione in integrum danda contrahenti cum pupillo falso tutore authore, contra ipsum pupillum, vt non noceat ei, quod egit cum pupillo falso tutore authore, vel ipso tutore falso & de hac restitutione dicitur ff. ea. l. §. fi. & l. seq. vsque ad l. nouissimè. & in l. nouissimè. §. Pomponius. & l. si fallo. §. Pomponius. Sed ei, cuius se tutorem esse dicebat, subuenit Prætor per hoc edictum, vt ff. eod. l. fallus. in priñ. & l. fin. quod potest dici quartum remedium.

g *Non fuerit*] gestum erit, subaudi. dabo in integrum restitutionem: quæ verba detruncatè posita sunt, vt ff. ea. l. in fi. Item postea adiciuntur in edicto Prætoris. & illa verba, quæ dant aliud remedium, quæ habes ff. eo. l. nouissimè. in prin. Et no. q̃ tria remedia ex hoc edicto sunt prodita. Vnũ contra ipsum dolosum tutorem, vt ff. eod. l. nouissimè. in prin. Aliud contra eum, qui dolo fecit, vt non tutor authorisetur, vt ff. eo. l. huius actionis. & ista duo sunt per actionẽ in factum, vt d. l. nouissimè & l. huius. §. 1. Et tertium de restitutione in integrum danda contrahenti cum pupillo falso tutore authore, contra ipsum pupillum, vt non noceat ei, quod egit cum pupillo falso tutore authore, vel ipso tutore falso & de hac restitutione dicitur ff. ea. l. §. fi. & l. seq. vsque ad l. nouissimè. & in l. nouissimè. §. Pomponius. & l. si fallo. §. Pomponius. Sed ei, cuius se tutorem esse dicebat, subuenit Prætor per hoc edictum, vt ff. eod. l. fallus. in priñ. & l. fin. quod potest dici quartum remedium.

h *Desunt*] vt apparet per sequentia.

i *Furiosus*] vnde perinde est habendum ac si tutor non sit, sic sup. quod cuiusq; vniuer. nomi. l. 1. §. & quidem. & Inst. de legi. agn. tu. §. quod autem. & ff. qui satisd. cogan. l. quoties. & ff. de mun. & ho. l. vt gradatim. §. 1. Sed ff. furiosi primum. & quartum remedium cessant, & alia locum habẽt. & sic hic intellige.

uis à non tutore gestum est, non pertinere ad hanc partem edicti. Quid enim, si duo tutores, alter falsus, alter verus, authoritatem accommodauerint? nonne valebit [a] quod gestum est?

¶ Item hoc edictum, licèt singulariter [b] scriptum sit, si tamen plures interuenerint, qui tutores non erant, locum habere debere; Pomponius lib. xxx. scribit.

¶ Idem Pomponius scribit; etiamsi pro tutore [c] negotia gerens, authoritatem accommodauerit; nihilominus hoc edictum locum habere: nisi forte Prætor decreuit ratum se habiturum id, quod his [d] authoribus gestum est; tunc enim valebit per Prætoris tuitionem, non ipso iure.

Volenti, & consentienti non fit fraus, neque iniuria.

¶ Ait Prætor, [e] si id actor [1]† ignorauit, dabo in integrum restitutionem. [f] Scienti * non subuenit: meritò: quoniam seipse decepit. [g]

In hac l. & quatuor sequẽtibus ponuntur personæ, quib. non nocet, licet sciant se cum falso tutore contrahere: & restituuntur in integrum.

Paulus. [2] †

LEX II.

* SI id (inquit [h]) actor ignorauit. Labeo, [k] Et si dictum Titei, & ex bona fide non crediderit. [l]

Vlpianus. [3] †

LEX III.

PLanè si is sit, qui auxilio [m] non indiget: scientia ei non nocet: [n] vt puta si pupillus cum pupillo [o] egit. Nam, cum nihil actum sit, [p] scientia non nocet.

Paulus. [4] †

LEX IV.

MInoribus xxv. annis [q] succurritur, [r] etiam si sciuerit.

Idem. [5] †

LEX V.

INterdum, tamen etsi scientia noceat, [s] tamen restitutio [t] facienda erit, [u] si à Prætore compulsus [x] est ad iudicium accipiendum.

Paulus. [6] †

LEX VI.

PVpilli [y] scientia computanda non est: [z] tutoris [a] eius [7] † computanda est: [b] vtique si pupillo [c] cautum sit, melius [d] dicetur rem suam restitui pupillo [e] debere; quam incertum cautionis [f] eventum expectari. quod & Iulianus, si aliàs [g] circumuentus sit pupillus, respondit.

---

a *Nonne valebit*] certè sic: & ita vtile per inutile non vitiatur: 1 vt inf. de verb. oblig. l. prima. §. penult. & l. quæ extrinsecus. & de stipula. seruo. l. si sibi aut. pri. respon. Argum. contra. ff. de arbi. l. Pædius. §. in seruum. Accu.

b *Singula-iter*] i. verbo singulari. nam sic dicũt verba, quod eo authore, &c. vt ff. §. 1. si tamen, &c. sic ibi, quòd eo. &c. & sup. de negot. gest. l. 3. §. negotium. & inf. vi bono ra. l. 1. §. vel cuius. ibi, sed & si vnus, &c. Accur.

c *Pro tutore*] i. putãs, vel fingens se tutorẽ: cum non sit: vt ff. tit. l. 1. in princ. & §. 1. Sed in eo, qui putat, cessat primum remedium, & quartum, cũ exigant dolum: vt d. l. nouissimè. in princ. & l. falsus. in princip. Accur.

d *His*] pro tutore gerentibus. & facit ff. de min. l. aut Prætor. §. permittitur. Accursius.

e *Ait Prætor*] hoc adde. l. §. sup. eo.

f *In integrum restitutionem*] expone, vt in prin. no.

g *Decepit*] sic sup. de act. empt. l. 1. in fi. & de ædil. edic. l. si tamen. §. in ædilitijs. & l. 1. §. si intelligatur. & sup. ad Vellei. l. 2. §. verba.

h *Sidsoquit*] Prætor: vt ff. l. prozi. in fi.

i *Actor*] ideſt qui agit modo: qui. ff. contrazit, vel aliquid egit cum falso tutore, vel eo authore.

k *Labeo*] scilicet.

l *Non credidero*] quoniam idem est, ac si non fuisset ei dictum. & sic ei subuenitur: nam non fuit credulus: 2 sic sup. de eo per quem fac. erit. l. 1. §. 1. & de min. l. tutori. in princ. Arg. contra. C. de rei vend. l. si fundus. & ea, quæ ibi no. & hic dici possent.

m *Planè. Auxilio*] huius edicti. l. actione in factum, vel restitutione in integrum per hoc edictum: vt no. in princ. sup. eo. l. 1.

n *Non est*] si non vtitur iure huius edicti: neq; debet ei nocere exceptio inuenta contra edictum: sic. C. de præscri. long. temp. l. 1.

o *Cum pupillo*] falso tutore authore, vel cum ipso pupillo, qui dicebat se alterius tutorem, cum non esset, vel esse non posset.

p *Actum sit*] scilicet iure, non est opus actione in factum, vel restitutione in integrum ex hoc edicto. nec ergo scientia huic edicto nociua nocebit huic: vt modo no. & hoc, quòd vbi quis ipso iure est tutus, non egeat auxilio extraordinario, patet sup. de minor. l. in causæ. & facit ff. eodem. l. pupilli.

q *Minoribus xxv. annis*] adultis tamen: vt differat a precedenti l.

r *Succurritur*] per hoc edictum: quia obligatur ipso iure: vt C. de in integr. restitu. minor. l. si curatorem. & secundum hoc ipso iure scientia non nocet, sicut in pupillo: quod non videtur verum. Dic ergo, quod succurritur per edictum de minoribus, ad habenda remedia huius edicti, quę non hẽt propter scientiam, vt sup. l. 1. in fi. licèt quoad vnum de remedijs. ff. secundum quod datur in integrum restitutio: videatur restitui, vt restituatur. quod aliàs reprobamus: vt sup. de min. l. interdum.

s *Interdum. Nocet*] aliàs: vt ff. l. 1. in fi. hic tamen non nocet. 3 † Lib. 12 ad edict.

t *Restitutio*] ex hoc edicto contra sententiam pro pupillo latam. & sic dicit de tertio remedio. Sed nonne ipso iure sententia est nulla: vt ff. de iudi. l. secunda. §. 1. ergo non est opus restitutione? Respon. ibi erat iudex non suus: hic suus: & facit 4 † Lib. 12 sup. de autho. tuto. l. ad edict. pruna. in fin. & infr. eo. l. nouissime. §. primo.

ADDITIO. Dic, quòd immo videtur valere pro probatione tutoris ad hoc, vt restitui non possit. & videtur obstare l. 1. §. idem Pomponius. ff. eod. tit. Sed aliud est in compellendo litigantem, quo casu iudiciũ in præiudiciũ pupilli non valet: & ideo litiganti, & reo restitutio conceditur. & aliud est legitimare personam tutoris: & valet in præiudicium pupilli. & restitutio denegatur, secundum Bar. hic. 5 † Al. Vlpia. li. 12. ad edict. 6 † Lib. 12 ad edict.

u *Esset*] actori, qui agebat rei vendicatione. 7 † In P. F. sic legit, & interpungitur cõputãda est. Vtiq; & si pupillo cautum sit, melius dr rẽ suã restitui pupillo, quã incertum cautionis euẽtũ eũ spectare.

x *Compulsus*] sciens falsum esse tutorem cum, qui secum voleb. agere nomine alicuius pupilli. Hug.

y *Pupilli*] qui sciẽs cum tutore falso alicuius pupilli cõtraxit, vt sup. eodem. l. planè. Accur.

z *Computanda non est*] in hoc edicto, vt ei minus succurratur per hoc edictum. Accur.

a *Tutoris*] ſ. scientia.

b *Computanda est*] ſ. in hoc edicto: vt ei minus succurratur. H. sic sup. de interro. act. l. 2. §. fi.

c *Si pupillo*] contra suum verum tutorem per stipulationem rem pupilli saluam fore. & idoneus est, & eius fideiussor.

d *Melius*] dixerat scientiam tutoris nocere pupillo: nunc corrigit, & sic non nocet.

e *Pupillo*] contrahenti cum falso tutore alterius. & dic restitui per hoc edictum.

f *Quam incertum cautionis*] i. quàm agere ex cautione rem pup. fal. fo. in qua est dubius euentus. vt ff. de procu. l. quod debetur. & facit sup. tit. 1. l. 3.

g *Si aliàs*] nam regulariter constat habere minorem electionem si velit agere contra tu. vel cur. vel petere restitui contra aduersarium, vt C. si tu. vel cur. Leniam. & l. fin. & ita ergo & hic.

a *Nonne si.*

1 De hoc dic. vt l. c. supet qõnũ. §. si verò. ext. de off. del. vbi ff hoc adde, qđ not. in apost. ad l. sed & si sibi. ff. ver. vtile. sup. gl. in ver. adiectionem ff. de stip. seruo.

1 † Aliàs auctor.

* Hæc verba ponuntur in c. ecclesia vestra. in gl. 2. in medio. ibi & sciẽti Prætor. extit. de elect.

2 † Lib. 12 ad edict.

2 Simile hĩ in c. q magnũ. i gl. 2. 24. q. 4. & in c. illud de cle. excõ.

* De sensu huius l. vario vide per Dec. in Lnõ solũ. §. morte. n. 217. ff no. ope. nuntia.

NOuissimè]CASVS. Hucusque dixit qualiter succurratur contrahēti cū falso tutore pupilli, aduersus ipsum pupillum: nūc qualiter succurratur aduersus ipsum tutorem, dolo malo authoritatem accommodantem. Et dixit, ꝙ datur in eū actio in factum ex hoc edicto, quanti ea res erit, & benè dixit dolo malo: nam aliàs non tenetur. & quod dixit, quanti ea res erit, &c. exponit, i. verum rei pretium

1† Li. 12. ad edict.

¶ *Pomponius*] Nunc venitur ad auxilium restitutionis, qđ datur cōtrahenti cū falso tutore pupilli contra pupillum. Et dicit, ꝙ istis, qui petunt restitutionē cōtra pupillum, debent restitui impensæ per falsum tutorem, qui dolo malo authoritatem accommodauit, & ita tāgit hic §. de primo auxilio. & de secundo huius edicti.

2† Tutor.

¶ *Si plures*] Ponamus, quod plures dolo malo fuerunt authores pupillo mecū 5henti, cum non essent tutores. certè 5 eos omnes habeo actionem in factū ad interesse. & si recupero ab vno interesse, cæteri liberantur, non pūt ideo, ꝙ incipiā contra vnū agere, liberantur alij. vñ si vnum conueni, & nihil ab eo consecutus fui, nonnum consequar ab alijs. & si partem fui consecutus à conuento, reliquum consequar ab alijs, & hoc dicit cū l. seq. Viuianus.

3† Li. 10. rectè scribit etiā. &c. in P. F.

4† Li. 12. ad edict.

a *Nouissimè*] Hucusque dixit, qualiter succurratur cōtrahēti cū falso tutore pupilli cōtra ipsū pupillū. s. per 1 integrū restitutionē, vt ei 5m noceat, qđ egit: nunc qualiter ei succurratur contra ipsum falsum tutorē, cum quo contraxit Accurs.

b *Iudicium*] idest actionem in factum ex hoc edicto.

c *Excusatus*] Respon. certè sic. & ita no. quod coactio magistratus cum excusat vt sup. si quis cau. l. 2. in fi. & etiam verus tutor non debet cogi authorari, vt supra de author. tut. l. si tutor. & non valet, quod ageretur, vt sup. de author. tut. l. 1. in fine.

d *Quod ait*] sup. in prin. l.

e *Veritatem*] i. veram rei æstimationem. vt inf. de verbo. signif. l. inter hæc. & ſ. qui falsā. cog. l. 2. §. fi. & sup. si quis in dicen. non obtem. l. 1. §. fi. Sed & sumptus continentur hac actione his verbis. vt in f. prox. §. & licet dicat, non pœnam, verum est respectu actoris: respectu tamen tutoris cōuenti benè est pœna, quia soluit, quod ei non adest, & sic non obst. d. l. 1. si quis bis dic. & facit ſ. eo. l. falsus. §. 2. Accurs.

f *Sumptum*] vt sup. proxi. 5. dixi.

g *Restitutorio*] ex edicto posito sup. eod. l. 1. in fi. s. contra pupillum, cum quo contraxit falso tutore authore. Sed nonne habuit primo iudicio totum interesse? ad quid ergo postea restituitur? Respon. nihil aliud petit, nisi vt non noceat sibi, quod fecit cum eo. Vel dic, quod voluit à tutore prius petere, nisi quod non poterat petere à pupillo per in integrum restitutionem. Accurs.

h *Perceptione*] sic sup. de dolo. l. in plures. & sup. de ijs, qui deiec. vel effu. l. perceptione. Accurs.

i *Et ideo Senatum fit.*] ab eo falso tutore.

k *Denegandam*] hanc actionem ex hoc edicto, sic sup. quod met. cau. l. si cum exceptione. §. fi. & l. seq. Accurs.

HVic actioni]CASVS. Non solum datur contrahenti cum falso tutore in integ. rest. petita, actio 5. pupil. vt dictum est à prin. l. 1. vsque ad l. nouissimè. & non solum datur actio in factū cōtra falsum tutorē, vt d. l. nouissimè, sed etiā exemplo cuiuslibet dictarū actionū datur 5henti cū falso tutore actio in factum contra illū, qui dolo malo curauit, vt alius tutor quam verus, i. tutor falsus det authoritatem pupillo contrahenti.

11† Actione nē rō est in P. F.

¶ *Hæc actioni*] actio in factum, quæ datur cōtra falsum tutorē, de qua dictum est. 5. eo. l. nouissimè. & alia actio in factum datur in hæredes 5henti cum falso tutore: sed non dātur in hæredes falsi tutoris vel in hęredes illius, qui curauit, vt falsus tutor adhiberetur, nec dantur post annum cōtra falsū tutorē viuentē, vel cōtra illū, qui dolo curauit, vt falsus tutor adhiberetur, & est rō, quia sunt, & veniunt ex delicto. & dolo. & quia sunt ex delicto, euenit etiam illud, quia noxaliter dantur contrahenti cum falso tutore contra dominū, vel patrem falsi tutoris, & contra dominum, vel patrem illius, qui dolo curauit, vt falsus tutor adesset. Viuianus.

6† Li. 12. ad edict.

7† Authoritatem I scius I. P.

8† Hæredes.

l *Hæc actionis*] in factū ex hoc edicto 5 falsum tutorem, quę datur ex verbis, & ex sñia, vt 5. eo. l. nouissimè. in prin. m *Actionem*] vtilem in factum ex sententia huius edicti: ergo vtilis, vt sup. si quadru. pau. l. 1. §. pen.

n *Hæc in factum actiones*] ſ. quæ dantur 5 falsum tut. vt 5. eo. l. nouissimè. in prin. & alia. q eius exemplo cōpetit in eū, qui dolum malū adhibuit, &c. vt 5. eo. in prin. huius legis.

o *In*] scilicet hæredes.

p *Nec in ipsum*] falsum tutorem, vel eum, qui dolum malum adhibuit, &c.

q *Ex delictum*] i. delictum, facto. n. obligatur ex delicto, vt Inst. de obl. q ex delic. in prin. nā ex delicto videret venire.

r *Et in dolum*] i. propter dolum, vt sup. eod. l. nouissimè. & in prin. huius legis.

ſ *Personæ*] Puta seruos, qui gerentes se vt tutores, authoritatem præstiterunt pupillo mecum contrahenti.

t *Subiectæ sunt*] iure seruitutis, non filiationis, vt Inst. de noxali. §. fi.

u *Noxales*] igitur ex delicto sunt, aliqn ſ ex ſcto. de peculijs daret, vt 5. de ijs, q deiec. vel effu. l. 1. §. cū seruus. sed cū sit rei pſecutoria, non penalis, vt 5. eo. l. nouissimè. ſ. q ait ergo vtra annū. & sibi dē dat. vt 5. de act. & obl. l. in honorarijs. & C. ex delic. defun. l. 1. Sed dic, qđ hic nihil euenit ad conuentū. vnde quoad eū penalis est, alias esset ieiunus, vt in dictis legib. Vel dic, ꝙ est ſpeciale in his honorarijs. Itē facit 5. de alie. iud. mu. l. ītē si res. §. fi. & sequ. Ac-

Vlpianus. 1†

LEX VII.

NOuissimè [a] Prætor ait: In eum, qui cum tutor non esset, dolo malo [2]† author factus esse dicetur, iudiciū [b] dabo, vt quanti ea res erit, in tantam pecuniam condemnetur. Non semper tutor conuenitur: nec sufficit, si sciens author fuit: verum ita demum, si dolo malo author fuit. Quid si compulsus aut metuens ne cōpelleretur, authoritatē accommodauerit, nonne dēbit esse excusatus? [c] ¶ Quod ait [d] Prætor, Quanti ea res erit; magis puto, non pœnam, sed veritatem [e] his verbis contineri.

¶ Pomponius [3]† lib. 30. scripsit, rectè etiam sumptuum [f] in hoc iudicio rationem haberi, quos facturus est actor, restitutorio [g] agendo.

¶ Si plures sint, qui authores fuerunt, perceptione [h] ab vno facta, & cæteri liberantur, non electione.

Paulus. 4†

LEX VIII.

ET ideo si nihil, aut non totum seruatum sit; [i] in reliquos non denegandam [k] in id, quod deest, [5]† actionē Sabinus scribit.

Non solum falsus tutor tenetur hoc edicto, sed etiam qui dolo fecit, quod falsus tutor se interponeret, & datur hęredibus, sed non contra hęredes: nec in ipsum falsum tutorem post annum, & in dominos datur no, alis actio pro delicto seruorum. h. d. vsque ad finem legis.

Vlpianus. 6†

LEX IX.

HVius actionis exemplo Pomponius lib. 30. scribit, dandam actionem [m] aduersus eum, qui dolum malum adhibuit, vt alius [7]† author daretur inscius.

¶ Has in factum actiones [n] hæredibus quidem competere, cæterisque successoribus, in eos [o] verò [8]† non reddi, Iabeo scribit, nec in ipsum [p] post annum, quoniā & factum [q] puniunt, & in dolum [r] cōcipiuntur, & aduersus eas personas, [ſ] quæ alieno iuri subiectæ sunt, [t] noxales [u] erunt.

Si falso tutore] CASVS. Cum haberet Titius actionem temporalem, personalem, vel rei vendicationem, ad te cuperandam rem suam 5 Seium pupil. egit contra eũ falso tutore interueniente, & litem fuit contestatus, quæ contestatio nihil valuit propter falsum tutorem. nunc autem antequam veniretur ad finiendas dies dictæ actionis temporalis exiuit, vel pupillus vsucepit rem prædictam Titij. quæritur quid iuris sit? & certe Titius pōt petere in integ. rest. & ea petita, & habita, restituetur ei ipsa actionis amissę. & ponetur in eodem statu, ac si pupil. non vsucepisset rem suam perinde, ac si vero tutore authore cum pupillo litigasset. Vlpia.

2† Lib. 1. ad edic. pruncia.

3† Si falso tutore actũ sit. P. F. alias si cum falso. Hal.

3† Li. 15. ad edict.

a *Si falso*] sub. cum. idest dicere, si actum sit cum falso tutore nomine pupilli, vel cum ipso pupillo falso tutore præstante antheritatem.

b *Dies actionis*] personalis, qua conueniebatur falsus tutor nomine pupilli.

4† Qui dolo &c. P. F.

c *Actoris*] actoris, qui agebat rei vendicatione.

d *Vsucapta sit*] a pupillo: nam lit. contesta. sic facta, vel iudicium sic acceptum, nullum est, sicut, & si coram non competenti iudice egisset, vt C. ne de sta. de f. l. pen. & ad hoc est satis expressum. C. de tut. & curat. qui satis non de. l. 3. & inf. de reb. eorũ l. qui neqi.

1 Forte se eus si rñdisset, qa per respõsionẽ, & litis contestationẽ secutã videret acquieuisse vide B in l. 1. ff ind. Spe. ti. de lit. conte. §. pẽ. ver. itẽ dicit

e *Debet*] pupillus, non ergo proficit ei vsucapio & sic est argum. contra. sup. de alie. iud. l. item si res.

Caius. 1†

LEX X.

2† SI falso a tutore authore actum sit, & interea dies actionis b exierit, aut res c vsucapta sit d omnia incommoda perinde sustinere debet, e ac si illo f tẽpore vero tutore authore egisset.

Vlpianus. 3†

LEX XI.

FAlsus tutor, qui in contrahendo author minori 12. vel 13. annis fuerit, tenebitur in factum actione, g propter dolum malum, cuiuscunque cõditionis fuerit, h vel sui iuris, vel alieni. i

¶ 4† Qui enim dolo malo authoritatẽ accommodauerit, tenebitur k hoc edicto. Sed si quis l filiæfam. author m factus sit ad contrahendum, n tenetur. Idemque iuris est, si ancillæ quis tutore authore o credidерit. Nam omnib. illis modis pp tutorem decipitur is, qui contraxit, quia aliter cum impubere contracturus non fuisset, quàm si tutoris authoritas intercessisset.

Non patitur pater hoc edicto, citra ætatem puellam nuptui tradens, & si dolo id pater faciat, & puella intra

in prin. in ipso autem tutore falso non potest poni.

f *Illo* aliàs est alio. & ita est in libro domini mei.

Falsus tutor] CASVS. Principium huius legis cum vltima l. huius tit. dant auxilium minori contra falsum tutorem, qui ei fuit author in contrahendo. & dant ei actionem in factum ad recuperandũ à falso tutore illud in quo deterioratus est minor.

g *Qui dolo*) Dictum est in l. neuissimè, quod ille, qui contraxit cum pupillo, falso tutore authore, habet actionem in factum contra eum falsum tutorem: modo dicit hic, quod idem si præstet falsus tutor authoritatem filiæfa. vel filiæ, qui non dicunt pupilli. & idem si femo. vel ancillæ.

¶ *Idemque*] Quid si pater Titiæ minoris duodecim annis eam mihi maritauit, & sic non valuit matrimonium. & forte propter hoc ego sum in aliquo deterioratus? nunquid tenetur mihi dictus pater familias. & certè non, quia non videtur dolo facere maritando filiam ante tempus, immo maxima affectione, quam habet erga filiam. Quid si puella prædicta mihi per patrẽ maritata intra 12. an. decedat eñ 12. an. & dos sit penes me, qui debebã esse maritus. & fecerim ego pactum de lucranda dote, vel parte, si matrimonium solueretur morte mulieris, quod matrimonium nondum erat adhuc: pater aũt prædictus, qui dolo in hoc versatus fuit, condicit eam à me. certe potero eam doli exceptione summouere in totũ, si fecerã pactã de tota dote lucranda, vel potero summouere in parte, si feceram pactum de parte lucranda. Vlpia.

h *Vel sui iuris*] contrahenti secum, vel cum pupillo se authore, vt sup. eod. Lnouissimè. in princ. non autem legas, quod minori cui præbuit authoritatem, teneatur, sed h. d. ff. eo. l. fi. sed certè in eo loquit. per legem illam. Accurs.

i *Vel alieni*] vt filiusfamil. Item si est seruus, habet l. cum noxalis, vt sup. eod. l. huius. ff.

k *Tenebitur*] contrahenti secum, & ideo hunc casum repetit, vt addat sequentes.

l *Sed si quis*] asserens se tutorem, & illam suam pupillam cũ esset alterius filiam. *Author*] aliàs iutor.

m *Ad contrahendũ*] cum aliquo.

n *Tutore authore*] l. falso, qui se tutorem. & illam liberam. & pupillam suam asserebat.

o *Credidерit*] præstiterit cum causa affectionis fecisse magis, quàm dolo. sic sup. de ritu nup. l. nõ solum. ff. denuo, & sup. de adop. l. nec ei. §. eorũ. & in Auth. vt sine prohibitione. in prin. Coliat. §.

p *Propensiore*] præstantiori cum causa affectionis fecisse magis, quàm dolo. sic sup. de ritu nup. l. nõ solum. ff. denuo, & sup. de adop. l. nec ei. §. eorũ. & in Auth. vt sine prohibitione. in prin. Coliat. §.

q *Refert*] puta pater, vt dixit. qui dotauit. Item si extraneus dotans eam sibi redda stipulatus fit.

5† Lib. P. Respon.

r *Doli*] non pacti; quia vbi non tenet matrimonium, nec pactum, vt C. de condict. ob. cau. l. 1. Sed pacto cum oppositione daretur exceptio. Accursius.

s *Condicentem*] per condictionem ob causam, vel sine causa, non actione de dote, quia dos nulla cum matrimonium nullum, vt dicta l. C. de condictio. ob. cau. l. 1. & supra de condi. ob cau. l. fina. & C. de donatio. ante nupt. l. fina. Accur.

t *Lucraturus*] puta per pactum, quod fecerat de ea lucranda si decederet in matrimonio. Sed nunquid actio ex hoc edicto debetur aliquo casu? Respon. sic si soluta non esset, & esset promissa sub prædicto pacto. Item exceptione doli, & actione ex hoc edicto potest haberi ratio fructuum, qui essent viri, si matrimonium esset, nunc nõ sunt. vt sup. de iu. dot. l. dotis fructus in prin.

ADDITIO. Dic secundum Bal. hic, quod hoc non est verum in actione ex hoc edicto, de qua proxime sup. Ratio est, vt fructus essent mariti, etiam si matrimonium tenuisset, exigitur ergo dos fuit tradita, vt hic de diuisione. ff. soluto matrimonio. & no in dd. dotis fructus. sup. de iure do. qd. in quæstione huius glo. locum habere non potest, cum præsupponatur in ea dotem traditam non fuisse, secundum Iacob. de Ra. Sed ad hoc potest facilitèr responderi, si ponas patrem fuisse interpellatum, & sic in mora, secundum eundum Bald.

u *Ex eo quòd interrogatus*] forte in iudicio, coram iudice se tutorem.

*In hoc loc. Plat. dialo. 6. de legib. Ari. li. 7. Polit. ca. 16.

Respon-

a *Reſponſo*] facto in iudicio accepto nomine pupilli: vel aliàs in contractu aliquo inito nomine pupilli.
b *Vtilem*] ex hoc edicto, ſiue eius mente.
c *Dandam*] pupillo, vel adulto facto. & eſt hoc quartũ remediũ. Alij dũt hic log. de actione protutelæ: ſed cette de ea dixit ſ. tit. 1. & in hoc differt hic tit. ab illo: vt no. ſ. in rubr. DE FIDEIVSSORibus, & nominatoribus, &c.

ſpondiſſet, nulla eum actione teneri. Si tamen, cum tutor non eſſet, reſponſo a ſuo in aliquam captionem adoleſcentem induxiſſet, vtilem b actionem aduerſus eum dandam.c

De fideiuſſoribus, & nominatoribus, 1 † & hæredibus tutorum, & curatorũ.

TITVLVS VII.

Pomponius. 2 †

LEX PRIMA.

QVamuis hęres tutoris tutor non eſt: a tamen ea, quæ per defunctum inchoata ſunt, e per hæredem, ſi legitimę f ętatis, & maſculus g ſit, explicari h debent; in quibus i dolus eius admitti poteſt.

¶ Quod k penes tutorem fuit, hæres quoque eius reddere debet.

¶ Quod apud pupillum is l reliquerit, ſi hæres capit, m nõ quidem crimine n caret: ſed extra tutelam eſt, & vtili actione o hoc reddere compellitur.

Vlpianus. 3 †

LEX II.

POſtulare p tutorem videtur, & qui per alium poſtulat: itẽ nominare q & qui per alium hoc idem facit.

1 † Aliàs, mandatoribus.

2 † Li. 17. ad Sabin.

3 † Li. 19. ab Sabin.

a *Reſponſo*] facto in iudicio accepto nomine pupilli: vel aliàs in contractu aliquo inito nomine pupilli.
b *Vtilem*] ex hoc edicto, ſiue eius mente.
c *Dandam*] pupillo, vel adulto facto. & eſt hoc quartũ remediũ. Alij dũt hic log. de actione protutelæ: ſed cette de ea dixit ſ. tit. 1. & in hoc differt hic tit. ab illo: vt no. ſ. in rubr.
a *Tutor non eſt*] vt & ſup. de his qui no. infa. furiꝰ. §. pe. & arg. ſup. pro ſoc. l. hæres ſocij. Accur.
e *Inchoata ſunt*] ſic ſup. de tut. & rat. diſtra. l. ſi tut. poſt.
f *Legitimæ*] nam minor nõ eſt legitimus adminiſtrator: vt C. de legi. tut. l. fi.
g *Et maſculus ſit*] non fęmina: vt ſup. de le. tut. l. pe. Accur.
h *Explicari*] in iudicio ſecus: vt ſup. de iud. l. tam ex contractibus. §. certè.
i *Dolus*] explicãdis.
k *Quod*] alias deẽ de eo. & eſt §. qđ penes alias eſt. l. de eo. &c. Alij habent. §. hæres: ſed tu habeas. §. quod apud. &c. Accurſ. l. ſ. ſcilicet tutor.
l *Reliquerit*] id eſt accipit, vel aufert pupillo.
m *Capit*] ſcilicet dolo.
n *Caret*] ſcilicet dolo.
o *Vtili actione*] ſi tutelæ ſi hæres tutoris eſt, vt inſ. eo. l. cum oſtendimus, vel vtili neg. geſt. l. ſi eſt hęres curatoris: vt C. de neg. geſt. l. curatoris. Et ſic no. ꝙ nõ loquitur in inchoatis per defunctum, facit ad prædicta, ſup. de adminiſt. tut. l. pe. & de tut. l. ante pe. & inſ. eo. l. fi. §. 1. & ſup. de neg. geſt. l. nam & Seruius. §. ſi vtuo. & l. qui aliena. §. tutoris.
p *Poſtulare*] CASVS. Rubr. loquitur de nominatoribus tutorum, qui nominatores, & poſtulatores tutorum tenẽtur tanquam fideiuſſores. vt inſ. tit. 1. l. 1. §. ſed ſi ordo. Iſta ergo lex dicit, ꝙ non ſolum iſte dicitur poſtulator, vel nominator tutoris, qui per ſe poſtulat, vel nominat, ſed etiam ille, qui poſtulat, vel nominat per alium Vtu.
p *Poſtulare*] coram iudice, qui dare debet, vt inſ. de dam. infec. l. 4. §. poſtulare.
q *Nominare*] inter abſentes: vt ꝙſi magiſtratus mittit nõiã quorũdã P. ęſtidi, quaſi ſint idonei: vt ſ. de tu. & cur. dat. ab ijs. l. Diuus. Et hi tenẽtur in ſolidũ. vt C. de magiſt. cõue. l. j. & 2. & q. poſtulat, tenẽt, niſi ſit fęmina: vt C. & admi tu. l. fi. §. perſonis. & C. ſi mater indẽ p. l. j. & j. e. l. cũ oñ. damus. §. fi. Et no. qꝙ per aliũ &c. vt ſu. de adm. tu. Iſta aũt. 4. poſſiſſe.

Idem. 4 †

LEX III.

ETiam fideiuſſorem, & hæredes fideiuſſoris ad rationem eandem vſurarũ r reuocandos eſſe conſtat, ad quam tutor reuocatur.

Hæres tutoris tenetur de ſuo proprio dolo, & adminiſtratione in tribus caſibus, qui ſunt planiin text. ibi, poſt mortem, & reddit rẽ nem ibi: nam cum &c. de negligentia uero propria nõ tenetur hæres tutoris, h. d.

Idem. 5 †

LEX IV.

CVm oſtendimus, hæredem ſquoque tutelę iudicio poſſe conueniri, t videndum eſt, an etiam proprius eius dolus, vel propria adminiſtratio u veniat in iudicium. Et extat Seruij ſententiam, exiſtimantis; ſi, poſt mortem tutoris, hæres eius negotia pupilli gerere perſeuerauerit, x aut in arca tutoris pupilli pecuniam inuenerit, & conſumpſerit, vel eam pecuniam, quam tutor ſtipulatus fuerit, exegerit; tutelæ iudicio eum teneri ſuo nomine.

¶ Nam cũm permittatur aduerſus hæredem ex proprio dolo y iurari in litem: apparet, eum iudicio tutelæ teneri z ex dolo proprio. Negligentia a plane propria hæredi non imputabitur.

4 † Li. 35. ad edict.

5 † Li. 36. ad edict.

r *Vſuras*] Ad quẽ modum vocet tutor, hĩs ſu. de adm. tut. l. tutor qui repertoriũ.
s *Cum oſtenderimus*] Caſus. Dixim⁹ ſ. l. 2. ꝙ hęres tutoris tenet tutelæ iudicio, mõ videamus latius. & ꝙ ramus, vtrũ hęs tutoris teneat de ſuo ꝓprio dolo, vel adminiſtratione? Et certè Seruiꝰ Iuriſc. dixit, ꝙ hĩs tutoris tenet ſuo nõie tutelę iudicio vtili in trib. caſib. qui sũt plani in tia vſq; ad lucrũ cũ ꝓmittatur. &c. & ibi red dit rõnẽ. & negligẽtia tñ nõ tenet. & ſi de pu. peſecit ſcã ſua. hĩs ꝓſtare dẽt vſuras. ętas iudex ſuo arbitrio iudicauerit, vel dixerit.
t *Fideiuſſores*] Cũ iudex q̃reret à tutoribꝰ fideiuſſores rẽpu. fal. ſo. nixerũt tutores. ea ce Tit. & Seius amici nr̃i. & vicini. q̃ intrãt ꝓ nobis. & ſic iudex fecit ſcribi in quaterno notarij ſui. ꝙ Tit. & Seius exti terũt fideiuſſores ꝓ tutoribꝰ ipſis tñ Tit. & Seiꝰ hoc audiẽtes. nihil dixerũt. certè tenent. acſi ꝓmiſiſſẽt. & ũeut fideiuſſores teneãt. & illi q̃ affirmauerũt idoneos eẽ tutores. & ſcias ꝙ ſi fideiuſſores tutorũ à pup. cõuẽtionata bñ poterũt reputare pup. ſicut poſſent tutores, qualiter ãt poſſent tuteres. habuiſti ſup. de contra iu. tu. l. j. §. fi. & l. ſeq. & h. d. cum l. ſeq. Vi.
u *Hæredem*] alias. ſ. in noſtris libris eſt, ſed & Pomp dixit. ſ. ſup. eo. l. 1. §. quod penes.
x *Perſeuerauerit*] alia noua inchoando.
y *Proprio dolo*] vel lata culpa. quod dic. vt C. de in litem iu ran. l. 2. & l. alio. Accur.
z *Negligentia*] id eſt culpa. ſed lata ſic. vt C. de ne. geſt. l. curatoris vbi ex perſona defuncti tenetur ſibi de dolo. & lata culpa defuncti, non leuiori, niſi in caſibus tribus. vt C. de hęre-

a Addę ſingulare, ꝙ ẽt datus tutor à teſtatore. hac lege, qđ nõ redderet rõnẽ. nihilominus, tã ipſe. ꝙ hæredes eius cogerẽtur. Sal. in l. cũ neceſſitate. C. de fideicõ. cõ. exclamat. Iaſ. in l. act. in vltcol. C. de uani act.

tut. l. 1. at ipse defunctus tenetur de dolo, lata culpa, & leui, vt C. arbit. tut. l. quicquid. Item & illud constat, q etiã leuis culpa, seu negligentia ei imputatur: si nõ expleret inchoata per defunctum: vt sup. eod. l. 1.

CVidam prodigo interdixit Prætor bonis, vt dī. l. 1. nunquid potest aliquid alienare de dictis bonis dictus prodigus? & dicitur, quod non. Secundo dicit, quod curator furiosi bene potest rem suam alienare, si eam alienet dicens eam esse furiosi, sed rem furiosi tanquam suam alienare non potest. ll. seq. sunt plenæ vsque ad l. & mulieri. Vivian.

t *Nihil habent*] quantum ad hanc causam.

u *Diminutio*] bonorum & administratio.

x *Dominium transferre*] cum suam sciret. sic ergo loquitur hic cum non erravit: & sic non obstat inf. de acq. rer. dom. l. si procurator. sed ideo vendebat quasi rei furiosi, vt ob hoc citius provocaret ementem, quasi melius forum efficiet ei facturus. l. 1. & plenè no. ff. de offic. Procura. C. eod. l. 1. Ac.

y *Pignus valet*] si tamen interuenit decretum, vt C. eod. l. 2. aut non fuit immobile. Azo. & ideo dicit pignus, non hypothecam, vt inf. de verb. sig. l. plebs. §. pignus.

z *Ab agnato*] curatore.

a *Dedicari*] s. consecrari; vt Instit. de rerum diui. §. facere, & facit inf. eo. l. fi. Accurs.

b *Vsquequaque*] i. semper.

Sæpè

competit rerum eius alienatio: sed quatenus negotiorum exigit administratio.

Paulus. 1 †

LEX XIII.

SAepe ad alium [a] ex lege duodecim tabularũ curatio furiosi, aut prodigi pertinet; alij Prætor administrationẽ dat. f. cum ille legitimus inhabilis ad eã rem videatur.

Caius. 2 †

LEX XIIII.

VIrũ [b] vxori mẽte captæ curatorem dari non oportet.

Paulus. 3 †

LEX XV.

ET mulieri, [c] q̃ luxuriosè viuit, bonis interdici p̃t.

¶ In curatoris bonis priuilegium [d] furioso, furiolæve seruatur.

¶ Prodigus, & omnes omnino, [e] etiam si in edicto [f] non fiat eorum mentio, in bonis curatoris decreto [g] priuilegium consequuntur.

Triphoninus. 4 †

LEX XVI.

SI furioso puberi, quãquam maiori xxv. annis, [h] curatorem pater testamento dederit, eum Prętor dare deber, secutus patris voluntatem. Manet enim ea datio curatoris apud Prætorem, vt rescripto Diui Marci continetur. [i] His [k] consequens est, [l] vt si prodigo curatorem dederit pater, voluntatem eius sequi debeat Prætor, eumque dare curatorem. Sed vtrum omnimodò: [l] an ita, si futurum esset, vt nisi pater aliquid testamento cauisset, Prætor ei bonis interdicturus esset? Et maximè, [m] si filios habeat ille prodigus? potuit tamen pater, [n] & aliàs prouidere nepotibus suis, si eos iussisset hę redes esse, & ex hæreda sset filium: eique quod sufficeret alimentorum nomine ab eis certum [o] legasset, addita causa, necessitateque iudicij sui. [p] Aut si non habuerit in potestate nepotes, quoniam emancipato iã filio nati fuissent, [q] sub conditione eos hæredes instituere, vt emanciparentur à patre prodigo. Sed quid, si nec ad hoc [r] consensurus [s] esset prodigus? per omnia [t] iudicium testatoris sequendũ est: ne quem pater vero consilio prodigum credidit, cum magistratus, propter aliquod fortè suum vitium, [u] idoneũ putauerit.

[a] *Saepe ad alium*] puta agnatum, & facit ff. de legi. tut. l. 1. §. interdum. & l. pen. Accur.

[b] *Virum*] simile habes. C. qui tu. da. poss. l. 2. & Iusti. de excus. tut. §. pen. & ibi no. Accur.

Et mulieri] CASVS. Dicit hæc lex, quòd non solum mulieri mẽte captæ sed & eique luxuriosè viuit, debet interdici bonis per Prætorem. Secundo dicit, quod furiosus, & furiosa, & prodigus, & omnes alij quib. dantur curatores, habent priuilegium in bonis curatorum. Viu.

[c] *Et mulieri*] no. interdici bonis meretrici, quia prodiga est suæ personæ, per quod præsumitur, & rerum. Vel die luxuriosè prodigali luxuriatur. vt inf. de dam. infec. l. ex damni. circa princip.

[d] *Priuilegium*] personale, vt præferatur cæteris creditoribus personale habẽtibus: vt inf. de priuil. et ced. l. 4. §. fin. cum seq.

[e] *Et omnes omnino*] quibus solent dari curatores, exceptis paucis: vt d. l. 4. §. fi. cum seq. & l. idem priuilegium. § 2.

[f] *Edicto*] quod nõ habemus: quod fortè de furioso & prodigo tantum dicebat.

[g] *Decreto*] f. dati. Accursius.

Si furioso] CASVS. Filium meum furiosum, vel prodigũ maiorem etiam viginti quinque annis mihi hæredem instituí, & ei dedi curatorem Titium in testamento: quæ datio nõ valet. numquid Prætor debet confirmare dictum curatorem? & dicitur, quod sic: & debet omnimodo sequi voluntatem mei testatoris, eiusdemque patris, & hoc dicit vsque ad versic. sed vtrum. & in fine l. ibi per omnia, &c. In dicto autem versiculo. sed vtrum. facit tales quæstiones, quæ possunt ab aliquo fieri, quamuis in fine soluat. vt dixi: numquid omnimodo debet Prætor voluntatem patris sequi in confirmando dicto curatore? an vero ita demum debet sequi, si futurum esset, vt Prætor dicto furioso bonis interdicturus esset, nisi pater aliquid in testamento cauisset de curatore? & maximè hic quæritur, si filios habeat dictus prodigus, vel furiosus: & certè videtur in hoc casu quando habet filios prodigus, vel furiosus in sui potestate, non debere Prætorem omnimodo sequi voluntatem patris furiosi, vel prodigi: quia potest dictus pater aliter suis nepotibus prouidere, puta si nepotes hæredes instituisset, & filium furiosum, vel prodigum exhæredasset: & ei furioso, vel prodigo legasset tantum, quod sufficeret ei alimentorum nomine, dicendo in testamento pater, ideo exhæredo filium meum prodigum, vel furiosum, & instituo ex eo nepotes: quia timeo ne dilapidet bona: & hæc necessitas inducit me ad exhæredandum eum: quo casu non acquirent patri eorum furioso, cum in eius non sint potestate, immo sui: sed & si essent in potestate patris eorum furiosi, sicque ei acquirerent relicta sibi ab auo, adhuc potest consilium adhibere auus: vt relicta à se nepotibus non acquirantur patri eorum furioso. veluti si eos instituat sub conditione, vt emanciparentur à patre. si ergo talibus modis potest prouidere auus nepotibus, non videtur quod semper Prætor debeat sequi voluntatem patris illius, qui est furiosus, vel prodigus. sed ad vnum de istis consiliis posset allegari contrarium hoc, scilicet, quid sit, si pater nepotum furiosus nolit eos emancipare? certè non sequeretur illud, quod dictum est. per omnia igitur melius est sequi voluntatem patris. Viuianus.

[h] *xxv. annis*] no. puberem dici tam adultum, quàm maiorem.

[i] *Continetur*] sic infra, l. proxi. & supra de confirman. tut. l. si filio & C. eodem, l. final. ff. sed cum antiquitas: & de episco. audien. lege de creationibus.

[k] *His*] sup proxim. Accur.

[l] *Omnimodò*] Prætor confirmet curatorem a patre datum, siue ille verè sit prodigus, siue etiam non sit: sed pater eum voluit habere curatorem, tanquam prodigum. hæc quæstio soluitur infra. eadem l. ibi, per omnia, &c. vbi dicitur, quòd semper eius patris voluntas est sequenda. Vel hoc ideo, ne quem pater prodigum putauit, magistratus propter suum vitium pretio fortè corruptus, eum idoneum esse dicat: potuit etiam pater alio modo suo filio prouidere, nepotes ex illo prodigo natos instituendo, filio prodigo alimenta constituendo: & hoc si sint in potestate: alias nepotes sub conditione emancipationis instituendo.

[m] *Maximè*] maximè tunc videtur, quòd Prætor se non interponat, quando habet nepotes ex filio, nisi aliàs erat se interpositurus, etiam si nihil pater timuisset. & hoc ea ratione, quia etiam pater patum videtur curasse, licet dederit curatorem, cum potestas plenè pater prouidere per hos modos, qui hic sequuntur & non fecit.

[n] *Pater*] i. auus: vt inf. de verb. sign. l. iusta. in fi.

[o] *Certum*] quid sub Accur.

[p] *Iudicij sui*] i. suæ voluntatis.

[q] *Essent*] & ita sunt in potestate sui patris. vt Instit. quib. mod. ius pat. potest. sol. §. fi. Sed pater ideo eos sub conditione emancipationis instituit, ne suo patri quærant, quem auus prodigum reputauit.

[r] *Adhuc*] i. ad emancipationem. aliàs adhuc.

[s] *Consensurus*] nec etiam cogi poterat: vt Instit. dicto tit. in fine.

[t] *Per omnia*] nunc soluit.

[u] *Vitium*] quia pretio corruptus: vt supra dixi, scilicet magistratus. & sic est C. de spon. l. 3. Item no. de patrimonij testimonij authoritate: sic Instit. de excusat. tut. §. primo. Accursius.

[1] † Caius lib. 3. ad edict. prouin.

[2] † Adde. q hoc casu ei auferri libera testandi facultas vt l. is cui bonis. inf. de verb. obli. & melius in l. is cui lege. ff. de test. & Instit. quib. non est permissum fa. te. §. ité prodigus. & hæc est opt. cã, vt meretrix nõ possit testari: q̃ ponit Bal. in cũ de cotẽ ext. de vi. & hoc le. refert. & sequitur D. Ias. May. l. 4. §. sed q meretrici. ff. de cond. ob turpẽ cau sam. Ad hoc vide Paul. 3. sen. tit. 4. §. 6. 2] Papinian. li. 5. Respon. 3] Lib. 3. Sentẽ. 4] Lt 13. D. put.

[3] † Ulpianus lib. 1. ad Sabinum.

[4] † Triphoninus lib. 8. disputationum.

Vrator] CASVS. Nunquid curator furiosi potest date libertatem seruo furiosi? & certè non: quia dare libertatem non est ex administratione: sicut si donaret aliquam rem furiosi, nisi manumissio. vel donatio prædicta fieret cũ magna vtilitate furiosi. & etiam cum authoritate, & cognitione iudicis. si autẽ vendat curator aliquam rem furiosi, quia egerit negotia furiosi denatijs: valet quod agitur. Viuianus.

2† Lib. 1. de manumissionibus.

a *Præstare*] quia ea res, &c. vt inf. de manu. l. seruus fugitiuus. & C. qui ma. non poss. l. pen. & sup. eo. l. ab agnato.

b *Quod*] i. quia.

c *Vtilitate*] vt matri, & similib. vt ff. de tu. & rati. distr. l. 1. §. sed non nullos & de admi. tut. l. cum plures. §. cũ curator. & l. tutor secundũ. §. fin. & l. tutor ad vtilitatem.

Caius. 1†

LEX XVII.

CVrator furiosi nullo modo libertatẽ præstare [a] potest, q[uo]d [b] ea res ex administratione nõ sit. Nam tradendo ita res furiosi, alienat, si id ad administrationem negotiorũ pertineat. & ideo si donandi causa alienet, neq; traditio quicquã valebit nisi ex magna vtilitate [c] furiosi hoc cum cognitione iudicis fiat.

DIGESTORVM, seu Pandectarum.

LIBER XXVIII.

2† De testamentis, & qui testamenta facere possint, & quemadmodum testamenta fiant.*

TITVLVS I.

Modestin. li. 2. Pandectarum.

DE TESTAMENTIS, &c.

¶ *Quia tutores de quibus prædixit, dantur in testamentis, de his supponit. & hæc est quinta pars digestorum, vt C. de vete. iu. enucl. l. 1. §. quintus. & præmittit definitionem, vt inf. eo. l. 1. ne i lapis (vt ita dixerim) manibus protinus materiam interpretationis traderet, &c. vt sup. de orig. iur. l. 1. Accur.*

2† In ff. hic tit. sic inscribitur. Qui testamenta facere possũt. & quẽadmodũ testamẽta fiãt. * In hanc rub. vide. quę copiose & vtiliter adduxit Goth. in suo cõ. hic, q[uo]d plenio intell. huius tit. & legum seq. cum Cuia. In hunc tit.

d *Testamentum. Iusta sententia*] i. solemnis iuris solẽnitate subniza. nam non solemnis non valet: vt Insti. de hæred. ab intest. in prin. Itẽ iusta. i. legitima. alias nõ valet: vt C. si quis alt. testa. pro l. 1. & inf. de condi. inst. l. quidam. Item sententia. i. dispositio: sic C. qui testam. facere poss. l. hac consultissima. §. at cum humana. Et vt tollas omnes oppositiones, subaudi cum institutione hæredis, tũ legitimè facta. Non ergo oportet dici (vt quidam dicunt) de eo. s. vniuerso, vt excludantur singularia relicta. nam siue ex vniuerso, siue ex re certa instituatur, valet vt ex vniuerso: vt inf. de hæred. instit. l. 1. §. si ex fundo. Item non obst. de codicillo, vel legato, vel fideicommisso, etiam vniuersali, vel donatione causa mortis, vel de eo, qui bona sua promittit alicui post mortem suam. vt inf. de leg. 1. l. legatum. & C. vt ac. ab hæte. & contra hæredes. l. 1. quia in his non est institutio hæredis: vt C. eo. l. nõ codicillum. licet sit sententia de eo, quod quis velit fieri post mortem suam de bonis suis omnibus, vel parte, vel re aliqua. Sed quid dicet de testamento, in quo filius exhæredatur immerito? Respon. solemnis est dispositio, & est legitima. quia lege permittitur exhæredari, immo præcipitur, si non instituatur: vt Inst. de exhæred. lib. in prin & ideo oportet rumpi: quia non est ex officio pietatis: vt C. de inof. test. l. 2. interim ergo test m̃ est.

e *Quis*] de pluralitate ad singularitatem. Item de persona prima. s. nostra, transit ad tertiam, cum dicit, quis: sic C. de testa. l. omnium. & C. de in ius voc. l. fi.

f *Mortem*] naturalem, postquàm est testamentum immutabile: vt inf. de adi. leg. l. 3. & ff. non ciuilem: vt C. de cap. & post. l. nec nos.

g *Velit*] directò instituendo hæredem: aliàs largè dicitur testamentum, quasi testatio mentis, vt etiam codicillos cõprehendat, vt Inst. eo. in prine. & secundum hoc vtilis actio ex testamento locum habet pro relicto in codicillis, vt no. C. commu. de leg. l. 2. Vel dic tertio secun. Azo. q[uo]d testamentum est quædam solemnis ordinatio cum institutione hæredis. & est quoddam intellectuale, quod cum duobus codicibus fieri potest: vt inf. eo. l. vnum.

h *In eo*] Pone exemplum Insti. eo. §. item furiosi. & C. eo. l. furiosum. & facit ad hoc inf. de au. & arg. leg. l. si ita legatum. & C. eo. l. 3. & inf. eo. l. in aduersa. & l. qui in potestate, & l. filius fa. & idẽ in contractib. vt C. de transa. l. sanum. & de do. l. senectus. Sed cõtra. Insti. de hæt. quali. & differ. §. in extraneis. vbi etiam tẽpus mortis, & aditæ hæreditatis inspicit, an habeat testamẽti factionem. Sed illud in hærede, hoc in testante. Accur.

LEX PRIMA.

TEstamentum est voluntatis nostræ iusta sententia [d] de eo, quod quis [e] post mortem [f] suam fieri velit. [g]

Tempore testamenti requiritur sanitas mẽtis, nec requiritur sanitas corporis. Bar.

Labeo. 3†

LEX II.

IN eo, [h] qui testatur, eius tẽporis, quo testamentũ facit, integritas mentis, nõ corporis sanitas, exigenda est.

Vlpianus. 4†

LEX III.

TEstamenti [i] factio, non priuati, sed publici iuris est: ideoque [k] forma eius priuatorum pactis non læditur.

Primo quærendum est de persona testantis, quam de solennitate testamenti. Bart.

Caius. 5†

LEX IIII.

SI quæramus, [l] an valeat testamentum: in primis

i *Testamenti*] pone in testante. 1 idest, qui iure publico potest facere testamentum. i. cui lex concedit, non impetrato à priuato etiam patre, vel domino: vt inf. eo. l. qui potestate & inf. de bon. lib. l. Paulus. §. patroni. Vel dic publica authoritate est concedenda testamenti factio. i. à Principe. vt ff. eo. l. si murus. & l. obsides. & inf. tit. 3. l. si quis. §. irritum. & de milit. testament. l. ex militari. & C. de inoffic. testam. l. si quando. & inf. de bo. libe. l. etiam. §. 2. non autem à priuato. Vel dic pacto priuati non potest quis adstringi ad testãdum, & instituendum aliquẽ: vt inf. de verb. oblig. l. stipulatio hoc modo. & sup. de pac. l. ius publicum. vel quarto priuatus non potest remittere solemnitatem legum, sed Princeps sic: vt C. eo. l testandi. & l. si non speciali. ita è contra in instituto potest poni. vt per pactum non possit institui non capax: vt inf. de iure fis. l. non intelligitur. nam factio testamẽti activè & passivè 2 significat: vt Insti. de hæte. quali. & diff. §. testamẽti. Apparet ergo, quod pacta, vel consensus priuatorum non faciunt, vt ille possit testari, qui de iure non potest, vel instituì, qui de iure non potest, vel vt non solenniter testetur, qui solenniter debet. sicut nec è contra, vt ille non testetur, qui potest: vt C. de pact. conuen. l. pactum. secus in contractibus, qui formã mutant, & accipiunt legem ex conuentione contrahentiũ: vt sup. depositi. l. 1. §. si conuenerit.

3† Lib. 1. Posteriorũ à Iauoleno epitomarũ.

1 Istã gl. sequũtur B. B. P. & Imo.

4† Aliàs Papin. li. 4. Quæst.

5† Lib. 2. Institutio.

2 De testamenti factione activa & passiva vide ad longum per B. in l. si filius fa. ff. eo.

k *Ideoque*] quidam habent hoc. & quidam non. Accur.

l *Si quæramus. Factionem*] in activa significatione. 3 nã & passivam significationem habet. vt inf. eo. l. filius f. & Insti. de hæte. quali. & differ. §. testamenti: & dic habuerit. i. se habere putauerit. aliàs contra: vt inf. eo. l qui in domini. & l. seq & est sic. inf. de codi. l. quidam. §. esse enim debet. est enim peremptorium, cum nõ possit esse sine hoc. sed hoc sine sequentibus esse potest: sic C. de hæte. act. l. vt debitũ. & dic quemlibet habere, nisi expressim prohibeatur: vt ff. de proba. l. ab ea. Prohibentur autẽ xij. personæ iure cõmuni test. s. filius fa. vt inf. l. proxi. Item impubes: vt Inst. eo. §. impubes. Itẽ furiosus: vt Inst. eo. §. item furiosi. & ff. eo. l. filius. §. Marcellus. Item prodigus: vt Insti. eo. §. item prodigus. Item murus. & surdus: vt ff. eo. l. qui in potestate. §. 1. Item Cæcus: vt C. eo. l. hac consultissima. Idẽ damnatus ad mortem: vt inf. eo. l. eius. §. si cuiusq; . in fi. Item obsides vt inf. eo. l. obsides. Item de statu suo incertus: vt ff. eo. l. de statu. Item is cui à lege est interdictum: vt inf. eo. l. is cui. Item seruus: vt inf. eo. l. filius. Item monachus: vt C. de sacrosanc. eccles.

3 Glo. magistra. secundũ B.

ecclesiauthen.Ingressi.Accursius.

a *Factionem*] s.actiue intelligas: quia filiusfa.habet testamenti factionem passiuè: quia recipere potest, sed facere testamentum non potest.

b *Regulas*] quæ sunt,vt septem testes,& rogati,& vno contextu debeant esse in testamento nuncupatiuo,& palam dici nomen hæredis debet,vt inf.eod.l.hæredes,in prin. & in fi. & C. eo. l. hac consultissima.s.per nuncupationē,& l.cum antiquitas. In scriptis autem coram septem testib. rogatis,& subscribentibus,& sigillantibus testatore, vel alio pro eo scribente nomen hæredis, vt C.e.l.hac consultissima, & l. in bemus, & auth. ibi posita. Non autem est vis,si sit ibi exhæredatus filius immeritò: nam nihilomin⁹ interim valet, vt no. sup.l.1. & inf.de vul. subst.l. in substitutione.

1† Li. 6. ad Sabi.

ADDITIO. Die hoc verum de iure isto: secus autē de iure Aut. nisi iusta causa exhæredationis in testamēto fuerit expressa: aliàs ipso iure esset nullū, secundū Bar. Pet. & Imo.in l.1. su.eod.

Q*Va ætate.*] CASVS. Quæritur, in qua ætate existens masculus,vel fœmina possit facere testa. & dī. q masculus habens xiiij. an. & fœmina hēns. xij. Item quæritur,nunquid est necesse, q compleuerint dicta tēpora tantū, an verò, q excesserint, ad hoc, vt testamentum facere possint; & dī. q sufficit compleuisse, & complesuisse intelligitur quocūq; modo tetigerit de die artificiali vltimo quartidecimi an.i.à mane vsq; ad vesperā, & quocunque modo tetigerit de die naturali vltimo quartidecimi, vel duodecimi anni.i.transacta sexta hora penul. diei Calen.Ian.in quib. natus est faciens testamentum. de die artificiali prædicto habes in versi.verum autem. de die naturali in versic.plus arbitror.&c. Viuia.

c *Qua ætate*] alias qua,alias ex qua. Accur.

d *Completum*] vt C.eo.l.4. & C. quando prouo.non est ne. l.1.& Inst.eo.§.præterea,sic & in definitione tutelæ.vt Inst. quib.mod.tute.fi. in prin.Sed quare citius fœmina? Respon. quia citius sagacior,vt C.de Ijs,qui ven.ætā.impe.l.2. & qa citius est viri potens.

ADDITIO. Vel dic secundum Bal. quia mala herba cito crescit,vt no.in d.l.2.Sed Host.dicit, q fœmina min⁹ viuit: & ideo citius completur,vt videmus in plantis,& ista ratio est philosophica,secundum Cyn.

e *Complesse.*] i.extrema die pertigisse, & est differentia inter excedere & complete.

f *Natali*] quartidecimi anni. sic sup.de min.l.3. §.minorē. Sed nonne tunc cum iam intrauit 14.an. Respon.non:quia dicas natum in fi.illius diei,& testatum in capite. Accu.

g *Dico valere*] dies ergo cœptus hī pro completo, sic & inf.de manu.l.1.& inf.de vsuca.l.in vsucapionib. & inf.de ver sig.l. annicul. Nec ob.su.de min.l.3.§.minorem,vbi de momento ad momentum quæritur,vt ibi no.

h *Plus arbitror*] Quid est hoc plus? Resp. vt in penultima die,dūmodo post finitam sextam horā noctis antepenultimi diei.s.desinētis fieri possit.vltima dies,est dies Calē.pē. pridie.antepen.dies,quæ præcedit pridie Calēdarū,quo ad natiuitatē:nā & annus quandoq; aliàs cœptus hī pro completo. vt inf. de mun. & hono. l.ad rem, & ad Treb. l. qui filiū, §.Sabinus. Vel dic tutius,quod su.dixi,qñ sit in quauis parte vltimi diei artificialis: hic autem in quauis parte vltimi diei naturalis, & secundum hoc post sextam horam noctis penultimi diei desinentis factum valet. Accur.

2† Li. 7. ad edic. prouinciale.

i *Natiui*] antepenultimi diei desinentis, sīn primum, vel penultimi diei desinentis, sīn nas. sic enim dies incipit, & finitur mere Romano, vt su.de fer.l.more.

1 Initiū cuiusque dici vnde sumeretur tā apud Romanos tā apud alios populos pulchrè explicat. Macr. Sat.lib.1. cap.3. & An.Aug. li.4.cīuē. c.13.

Filius familias non potest testari etiam patre permittēte. Bar.

Caius. 2†

LEX VI.

QVi in potestate parentis est,k adeo ius testamenti faciendi non habet, l vt quamuis pater ei permittat, nihilo magis m iure testari possit.

3† Aemilius Macer. li. 1. ad l. vicesimā hæredita.

Surdus, & mutus non possunt testari sine permissu Principis: sed hoc vitium superueniens postea, testamentū non rumpit. Bar.

¶Surdus, n & mutus testamentum facere non possunt, sed si quis post testamentum factum, valetudine aduersa, aut quolibet alio casumutus, o aut surdus esse cœperit, ratum nihilominus permanet eius testamentum.

Martianus. 3†

LEX VII.

SI mutus,aut P surdus, licere sibi testamentum facere à Principe impetrauit, valet q eius testamentum.

Testamentum factū quando quis erat seruus hostium, non valet. Bar.

k *Qui in potestate patris est.*] vel esse creditur,vt j.eo.l.q in domini.& l.seq.secundum primum.

l *Non habet*] vt C.eo. l.3.

m *Nihilo magis.*] l. non ideo magis,vt Instit.e.in prin.& arg.su.de postu.l. quos prohibet,& est verū,nisi in castrēsi, vel quasi peculio, vt Inst. eo.in prin.& C.eo.l.pen.& fi.& inf.de don.l.filius.in fi. sed donare pōt cā mor. patre permittente, vt inf.de donat. cau. mor.l.rau is,§. j.dūmodo hoc expresse permittat,non simpliciter donare,vt d.l.filius.§.sed & meminisse. Sed quare secus? Resp.quia testamenti factio est publici, non priuati iuris,vt sup.eo.l.3. & mors filij inspicitur non patris, vt arg.inf.de don.cau.mor.l mortis causa capitur. Sed in casu vl. q possi, qñ mater,vel auia reliquit, vt ad patrē non perueniret vsusfructus, vt in Auth.vt liceat matri, & auiæ, in prin.colla 8.sed dic,disponit non testando,vt ibi no.

n *Surdus*] si habet vtrūq; vitium à natura, non testatur: vt hic,& C.eo.l.discretis,in prin. Si ex accidenti, tunc idem,si scribere nescit,vt hic,& ibi. Si autem alterum tantum, tūc iure isto non testatur, nisi à Principe impetrauerit,vt hic,& j.l.proxi & j.vnde cogna.l.octaui.§. fratris. hodie sic, vt d. l.discretis,§.sinautem.vsq; ad fi.Idē hoc nisi sit miles,vt Inst.de test.mil.§.quinimmo,& inf.de mili.test.l.4. Accur.

o *Mutus*] vt Instit.eo.§.pe. & facit C eo.l. furiosus, & sup. de postu.l.1.§.casum,& de spon.l.furor.& sup.eo.l.2.

p *Si mutus, aut*] potest dici,aut pro,etiam, & dic ex accidenti,& nescit scribere,alias suo iure posset,vt C.e.l. discretis,secundo respon. Vel verius separatim erat vitiū,& hoc iure nō poterat:sed hodie pōt,vt hic,& j.l.proxi.hic. Accu.

q *Valet*] si modo solenniter,& instituendo quē dē.testetur: vt C.de inof.test.l.si qñ in prin. Nec ob.su.de bo.lib.l.etiā §.1.quia

§.1.quia ibi concessit ei, qui aliàs poterat testari, vt plene no.d.l.si quando,& facit ad hoc,inf.eo.l.filius.

Et hi, qui] CASVS. Si aliquis est captus apud hostes, non potest facere testamentum, & si fecerit,non valet, etiã si redeat,secundo dicit, ꝙ si alicui est interdictum aqua,vel igni, vel est in insulã deportatus,si prius fecerat testũ, non valet, & idem ẽ si fecit postea,& bona sua debeãt publicari si sint lucrosa, aliàs creditoribus concedi. secus in eo, qui est ad tps in aliquã insulã magnam relegatus, vel cui est prohibitũ ne stet in Italia, vel cui est prohibitũ ne stet in prouincia vbi ipse est: quia isti tres possunt condere testũ, & sunt alij tres, qui amittunt libertatem, & bona, & testamenti factionem non retinent,vt ille,qui dãnatur ad ferrum. i. vt decapiteur, & ille, qui damnatur, vt stet semper cum bestijs in syluis, & ille, qui damnatur in metallum. Viuia.

1† Li.17. ad edic. prouincia.

Caius. 1†

LEX VIII.

EIus,ꝙ apud hostes [a] est, testamentũ, ꝙ ibi fecit non valet, quamuis redierit. *Damnatio, qua perditur vita, libertas, vel ciuitas, impedit testamentum fieri, & rũpit iam factum: secus in damnatione, per quam fama ladi tur tantum. Bar.*

¶Si cui aqua, & igni [b] interdictũ sit, eius nec illud testamentum valet, quod ante fecit, nec id, ꝙ postea fecerit, bona quoque, quæ tunc habuit,cum damnaretur,publicabuntur, [c] aut si non videantur lucrosa, [d] creditoribus concedentur.

¶In insulam deportati, [e] in eadem causa sunt. Sed relegati in insulam, & quibus terra Italica, & sua prouincia interdicitur,testamenti factiõ ius retinent. [f] Hi verò, qui ad ferrum, [g] aut ad bestias, aut in metallum damnantur, libertatem perdunt, [h] bona quoque eorum publicantur: vnde apparet,amittere eos testamenti factionem. [i]

Pendente processu capitali non impeditur quis facere testamentum. Bar.

a *Hostes.*] vt captus, & sic seruus, vt Insti. de iure perso.§.2. & sic per cõsequens nihil habet,vt Insti.per quas personas,§. itẽ ꝙ serui, & his rationib. nõ valet, vt inf. eo.§.fi.& inf.de nihil. testa.l.facere, & ante factum valet, siue redeat, siue non: vt Insti.eo.§.fin. Item codicilli ibi facti, ante facto testamento confirmari valent,vt inf. de cap. & postli. l.in bello.§.codicilli.

b *Et igni.*] in cuius locum successit hodie deportatio: vt su.ad leg. Iul.repe.l.2. & inf.ad l.Iul.pe.l.3. & facit inf.de leg.3.l.§ hi quib. in princ.& in fi.hodie ẽt in locum eius succedit exhæredatio.

c *Publicabuntur*] hodie corrigitur,quod hic,& inf.hac lege dicitur de bonis publicandis, vt in Auth. vt nul.iud.3. quoniam.& §.pen.colla.9. Nec tamen testabitur, tum quia in hoc hæc iura non corriguntur, tum quia certis personis ex præcepto dictæ legis incontinenti dantur.

d *Creditoribus*] quia nihil supereſt deducto ære alieno. vñ fiscus non hẽt,vt inf.de iure fisci.l.1.§.an bona, & l.non possunt.

e *Deportati*] s.bona,& hæc corrigitur,vt sup.& facit, C.de pẽn.l.deportatorum, & de bon.proscr.l.2. vbi dicit de post quæsitis non posse testari. Accur.

f *Ius retinet*] siue in perpetuum, siue ad tempus sint relegati: nam ciuitatem,& libertatem,& bona etiam retinẽt alij prædicti,& infectores non,vt inf.de inter. & releg.l.relegatorum,§.siue,& C.de pẽn.l.deportatorum.

g *Ad ferrum*] vt decapitentur, ꝙ fit,vt C.de adul.l.quamuis. Item ad bestias,vt inf.de fal.l.quicunque. Item in metallum,vt inf.ad l.Iul.pe.l.sacrilegij.§.si quis.

h *Perdunt*] statim post sententiam,vt inf.de pẽn.l.qui vltimo. Hodie contra,vt in Auth.de nup.§.quod autem colla.4. Item,& quod dicit publicantur, hodie contra, vt in Auth. vt nulli iud.§.fi.colla.9.nec tamẽ testantur, vt hæc.l.no.§.1.

i *Factionem*] iam actiuè,vt hic: quam passiuè,vt inf.de pẽn. l.quidam,& facit inf.e.l.qui à latronib. §.si quis, de inoffic. sup.testa.l.si quis ex.§.irritum.

Si quis post.] CASVS. Aliquis fuit accusatus de tali crimine,ex quo si damnatus est, non posset facere testũ, puta de adulterio accusatus, datus fuit in custodia nunciorum,& decessit ante condemnationem, morte naturali,testamentum,quod ante fecit,valet. Viuia.

K *Indemnatus*] i. non condemnatus, vt inf. de iniuf. teſt.l. si quis ex.§. proinde, & inf. de dona.l. post cõtractum, & inf.e.l.qui à latronibus §. fi. secus si condemnatus,ita ꝙ non possit retractari, vt inf de accu.l. ex iudiciorum. Item secus in crimine læsæ maiestatis: vt inf.de do. l.donationes, §.fin.& in alijs similib. quæ sunt in d.l.ex iudicio rum. Item hoc, nisi mortem sibi consciuit,vt d.§.proinde, & C. si reus, vel accu. mor.l. defunctus. Itẽ est arg. contra inf. de ma.vin.l.qui pœn.

2† Li.45. ad edict.

3† Li. 30 Sentẽ.

4† Li.10. ad Sabi.

ADDITIO. Dic sũ Bal. ꝙ hic criminosus erat mortuus: vnde sententia contra eum ferri non poterat: sed in l.contraria criminosus viuebat: & ideo meritò sniã cõtra eum lata, quæ recte fingitur, quantum ad bona, retractat ea, quæ medio tẽpore sunt attentata in præiudicium fisci, secundum. Dy.

Qui manus.] CASVS. Ille, qui nõ habet manus, & sic non potest scribere, potest facere testamẽtum. Viuia.

Testamentum] nuncupatiuum,& in scriptis, vt C. eo. l.iul emus, & in auth. ibi signata,& facit sup.eo.l.2.Accur.

Obsides non testãtur. facit c. exposita, circa fi.cũ glo. fin.ex.de arb.

Obsides] CASVS. Si Romani dent hostib. obsides pro Romanis captiuis,illi obsides testari non possunt,nisi Imperator eis concedat. Viuia.

m *Obsides*] dati Romanis ab hostib. ꝙ captiuis,vel pro pace cõponenda,vel sm Io.ẽt facta tenẽda, & idẽ intellige 3 in obsidib.datis à pop.Rom.hostib.H.& est rõ,ga bona qũ sta in obsidatu sunt fisci,sed & relictorũ domi perdũt dũiu, vt ipsi capti,vt inf.de iure fisc.l. Diuus, & arg.su.eo.l.eius.

n *Permittatur*] à Principe expresse,non ab alio,vt su.e.l.3. vel etiam tacite, vt concesso vsu togæ Romanæ, vt inf. de iu.fis.l.sed & si accepto.

5† Li.42. Digest.

Lege Cornelia. CASVS. Titius Romanus fecit Romæ testũ,& instituit heredem Seiũ,postea fuit captus ab hostib. & sic seruus effectus,& ibi decessit,nunquid Seius hĩs ab eo scriptus põt ex d.testõ hĩc ei hĩditatẽ? & vr ꝙ nõ de iure,ga irritũ est factũ test.seruitute testatori cõtingẽte,sed dicas,ꝙ põt hĩc hĩditatẽ,quia l.Cornelia confirmat testũ, & vult ꝙ valeat,ac si prima hora captiuitatis mortuus fuisset Tit.Ro. Quid si seruũ instituisset in d.testõ d.Titius,certè erit liber,& hĩs necessarius,ac si Titius capt nõ fuisset,& si hẽt filiũ d.Titius,quãuis suus hĩs pĩs dici nõ possit,eo ꝙ nõ est in pãte,quia Titius est seruus hostium, vt dixi 1 hũ ꝙ l.Cor.& per ius ciuile inuitus obligatur hĩditati pius. Viui.

■ *Confirmantur*] vt inf ad l.Falc.l.2.§.lex.& inf.de inioffic. test.l.si quis.§.quatenus.& inf.de bo.lib.l.4.§.1. & C.de capti.l.captum,& de suis,& legit.l.apud.

a *Vnum.*

a *Vnumquemque*] agnatum. vel cognatum, vel ſcriptum: vt d.ll.& inf.de ſuis.& legit.hæred.l.1.§.1. Sed contra, inf.de verb.ſign.l.3.in fi. Sol.vt ibi. Item cõtra, inf.de ſecund.tab. l.qui ex liberis.§.teſtamento. & Inſtit.quib.mod.teſt.infir. §.nõ tamen, quibus dicitur irritum capi.dimi. Sol.ibi bona in alium tranſeruntur: hic remanẽt nullius. ET vbi tantum qualitas corporis mutatur, nihilominus valet: ſup. eod.l.qui in poteſtate. Accur.

b *Nolit*] vt infra de acquir. hæred.l.neceſſarijs. in fi. H.

c *Inuitus*] de iure ciuili: non prætorio. vt d.l.neceſſarijs. no.& Inſti. de hæred.quali. & differ.§.ſui.

d *Non poſſit*] immo eſt ſuus. vt Inſtitu.de hæred.ab inteſt.§.interdum. quæ eſt contra. Sol.ibi fictionem poſtliminij, non veritatem cõſiderauit. Accurſius.

1† Lib.4. Inſtitut.

Qui à latronibus] CASVS. Si Bononienſis eſt captus à Mutinenſibus, remanet liber: quia nõ ſunt hoſtes: immo latrones. & ideo poteſt facere teſtamentum. Quid ſi Romanus eſt miſſus ad hoſtes pro Ambaſciatore? certè bene poteſt condere teſtamentum.

2† Extern. P.F.

¶ *Si quis*] Titius damnatus de crimine capitali appellauit: & ita extinctũ fuit pronunciatum: penden. appell. facto teſtamento deceſſit: certè valet teſtamentum. Viuianus.

e *Qui à latronibus*] de capto à Mutinenſibus dicit: vt inf.de capt.l.hoſtes. vel propriè a quolibet latrone: vt inf.tit.1.l.poſtlim inium. §. à piratis. ſed ſi incertus, non poteſt: vt inf. de lega.3.l.1.in principio.

f *Cum liberi*] hac ratione. & filiusfa. ſed ille in poteſtate legitima alterius: nec dominia rerum plenè habet. Item dãnati de crimine capitali. Item liberti. ſed & illi dominia rerum non habent: vt ſup. eo.l.cruſ.§.fi.

g *Manent*] vt dictis legib. & C. de inge.manumiſ.l.cum agnatum. Accur.

h *Poſſunt*.] ſed non contrahere cum quolibet, vt ſup. quod met.cau.l.qui in carcerem.

i *Exteros*] hoſtes: vt inf.de capt.& poſtli.te.in princ. Vel dic de illis, qui dicuntur in l.poſtliminij. §. in pace. qui milites ſunt hoſtib. vt ibi dicit.

k *Puniuntur*] etiam ſi ſint capti, cum capi non debuerint: vt inf.de legatio. l.fi.

l *Appellauerit*] igitur extinguitur pronunciatum: vt inf.ad Turpil.l.1.§.fi.& facit inf.de pe.l.2.§.fi & inf.de iniuſte teſta.l.ſi quis ex §.ij. & ſup.eo.l.ſi quis poſt. & ſu. de ijs, qui no. infa.l.furti. Sed arg.contra.inf.ad muni.l.libertus. §.in quæſtionib. Sed aliud ideo, quia nec de facto infamis admittitur: vt C.de dig.l.neque, lib.2.

Vnumquemque [a] pertinet. Quare ſeruus hæres ſcriptus ab eo, qui in hoſtium poteſtate deceſſerit, & liber, & hæres erit, ſeu velit, ſeu nolit: [b] licet minus propriè neceſſarius hæres dicatur. Nã & filius eius, qui in hoſtium poteſtate deceſſerit, inuitus [c] hæreditati obligatur: quamuis ſuus hæres dici non poſſit, [d] qui in poteſtate morientis non fuit.

Capti à latronibus, & legati apud extraneos, poſſunt facere teſtamentum. Bar.

Martianus. [1] †

LEX XIII.

QVi à latronibus [e] capti ſunt, cum liberi [f] maneant, & poſſunt [h] facere teſtamentum.

¶ Item qui apud [2]† exteros [i] legatione funguntur, [k] poſſunt facere teſtamentum.

Valet teſtamentum decedentis appellatione pendente. Bart.

¶ Si quis capitali crimine dãnatus appellauerit, [l] & medio tempore, pendente appellatione, fecerit teſtamentum, & ita deceſſerit; valet [m] eius teſtamentum.

Iſta lex ponit caſum in terminis: & lex ſequens ponit ſummarium eius. Bar.

m *Valet*] niſi ſit damnatus crimine maieſtatis, vel repetundarum. vt inf.de accu.l.ex iudiciorum. & niſi ſit de alijs ibi notatis, quæ ſunt ſex. Item niſi mortem ſibi conſciuerit: vt inf.de iniuſto teſta.l.ſi quis filio exhæredato.§.eius qui. Sed quidam dicunt ſpeciale in crimine maieſtatis, & repetundarũ. & hoc vltimo.

Item quod dixi valere pendente appellatione: dic eo ſaluo, ſi per ſententiã bona ſpecialiter damnato adimantur, etiã poſt mortem cauſa bonorum duret: eſt ergo in pendenti tunc. an valeat teſtamentum.

3† Lib.3. Regular.

Paulus. [3] †

LEX XIIII.

QVi teſtamento domini manumiſſus eſt, [n] ſi ignoret dominum deceſſiſſe, aditamque [o] eſſe eius hæreditatem, teſtamentum facere non poteſt: licet iam paterfamilias, & ſui iuris eſt. nam, qui incertus eſt de ſtatu [p] ſuo, certam legem teſtamento dicere non poteſt. [q]

Vlpianus. [4] †

LEX XV.

DE ſtatu ſuo dubitantes; vel errantes, teſtamentum facere non poſſunt: vt Diuus Pius reſcripſit.

Qui non habet teſtamenti factionẽ actiuè abſq; ſui delicto, poteſt habere teſtamenti factionem paſſiuè. Bart.

Pomponius. [5] †

LEX XVI.

FIliusfamilias, & ſeruus alienus; & poſthumus, [t] & ſurdus, teſtamenti factionem habere dicuntur. licet enim teſtamentum facere non poſſint: [t] attamen ex teſtamento vel ſibi, vel alijs acquirere poſſunt.

¶ Marcellus not. [u] furioſum quoque teſtamenti factionem hãre; licet teſtũ facere nõ poſſit. Ideo autem teſtamenti factionẽ habet; quia poteſt ſimatrimonium factum cum ſoluta, quam credo ligatam.

4† Lib.2. ad edict.

n *Manumiſſus eſt*] i. iuſſus eſt eſſe liber.

o *Aditamque*] tunc .n. cedit dies relictæ libertatis. vt C.de cadu.tollen l.1.§.in nouiſſimo. Et ignorante ſeruo: vt inf. de fideicom.liber.l.3.§.1. ibi, quid ergo ſi qd, &c. & hic colligitur.

5† Li.fin. Regular.

p *De ſtatu*] primæuo à natura, ſiue iure naturali tributo, quẽ nunc recuperauit. & ſic ponitur ſup.de ſta. hom. l. libertas, & ſi cer. peta.l.eius qui.

q *Non poteſt*] niſi ſit miles? vt inf.de mil. teſt.l.ex militari.§.fi. vel veteranus: vt ff.de iu.codi.l. Ariſto. & facit inf. vnde legi.l.2. §.fin. & inf.de leg.3. l.1.1.reſp. & infra de acq. hære.l.hæres. & ff. l. proxi. item facit C. de repu. auth. ſed hodie, vbi non tenet

r *De ſtatu*] Pone exẽplum ff. de leg.2 l.1.in prin. & eſt differentia inter dubitationẽ, ſeu titubationẽ, ignorantiã, erroreẽ, & neſcientiã: quia dubitãs applicat aĩum ſuũ ad plura & neſcit quid eligat. Ignorãs eſt, qui nihil ſcit, ſed ſcire debet. At neſcientia eſt cũ ſcire non tenetur. Errat, qũ credit vnũ. & eſt aliud: ſed ẽrũ ad titulũ de in. & fac. igno. vel cõd.inde.nõ eſt dĩa: vt C.de cõdi.inde l.ſi. lex iſta vt facere dĩam in hoc. ff. de acq.hær.l.6.§.1. ſed ibi id reprobauimus. Itẽ hac lex fallit: in milite. & veterano: vt ff.l.prox no.

s *Iuniſſimi*] CASVS. Nominantur hic quidã, qui non poſſunt facere teſta. habent tamen teſtamenti factionẽ in paſſiua ſignificatione, quia poſſunt acquirere ſibi relictũ in teſtamento alterius. Seq. l. dicit, quod donec aliquis eſt mente captus, non poteſt facere teſtamentum.

t *Poſſunt*] accipitur ergo actiuè. & paſſiuè: vt Inſti. de hæreq ual. & dicte. §. teſtamẽti. Et de ſurdo dicit vt C.de.l.diſcretis.

u *Notat*] addendo, non corrigendo.

60

70

s *Ignoran-*

a *Ignorantibus*] vt inf. de acqui. poſſ. l. 1. §. item acquirimus. & ſup. quemad. ſer. amit. l. ſi partem. §. 1. & inf. de leg 2. l. cum pater. §. ſurdo. ergo & furioſo. vt inf. de act. & obl. l. ſi à furioſo. Et quod dicit in perſonalib. idē in realibus: vt C. communi. de leg. l. 1. & inf. de fur. Là Titio. & d. l. ſi partem. Sed quidam dicunt, tunc demū cū agnouit. ſed tunc dic irreuocabiliter. & facit Inſtit. de hære. ab inteſta. §. poſthumi. & C. eod. l. furioſum. & ſup. eod. l. 4. & 6. qui in po eſtate.

bi acquirere legatum, vel fideicommiſſum. nam etiam compotib. mentis perſonales actiones etiā ignorantibus a acquiruntur.

Alienatus mente propter infirmitatem non poteſt facere teſtamentum. Bar.

Paulus. 1 †

LEX XVII.

IN aduerſa corporis valetudine mētecaptus, eo tempore teſtamentum facere nō poteſt. b

Interdictio facta bonis à iudice impedit teſtamentū fieri, & teſtamento reſtificari: ſed iam factum non rumpit. Bar.

Vlpianus. 2 †

LEX XVIII.

IS, cui c lege bonis interdictum eſt, teſtamētum facere non poteſt. & ſi fecerit, ipſo iure non valet. quod tamē interdictione vetuſtius habuerit teſtamentum, hoc valebit. Meritò ergo nec teſtis ad teſtamentū adhiberi poterit: d cum neque teſtamenti factionem e habeat.

Damnatus propter infamiā in alium illatam, impeditur facere teſtamentum. B.

¶ Si quis ob carmē famoſum damnetur, f Senatuſconſulto expreſſum eſt, vt inteſtabilis g ſit: ergo nec teſtamentum facere poterit, nec ad teſtamentum adhiberi. h

Teſtamentum, quod ab initio non valet, ex defectu teſtantis, impedimento ceſſante non confirmatur. Bar.

Modeſtinus. 3 †

LEX XIX.

SI filiusfamilias, i * aut pupillus, aut ſeruus k tabulas teſtamenti fecerit, l ſignaueritque, ſecundum eas bonorum poſſeſſio dari non poteſt, licet filiusfamilias ſui iuris, aut pupillus pubes, aut ſeruus liber factus deceſſerit: m quia nullæ ſunt tabulæ teſtamenti, quas is fecit, qui teſtamenti faciendi facultatem non habuerit.

Hæres in poteſtate teſtatoris conſtitutus, non poteſt eſſe teſtis in teſtamento: ſecus in legatario. Item pater, & frater militis teſtamēto poſſunt adhiberi, vt teſtes. h. d. vſque ad §. quæcunque. Bar.

Vlpianus. 4 †

LEX XX.

QVi teſtamento hęres inſtituitur, in eodem teſtō teſtis eſſe nō poteſt. Quod & in legatario, & in eo, qui tutor ſcriptus eſt, contra habetur. n hi. n. teſtes poſſunt adhiberi, ſi aliud eos nihil impediat: vt puta, ſi impubes, ſi in ptāte ſit teſtatoris. Poteſtatis autem verbum, non ſolū ad

b *Inſi*] nec dicetur ei teſtimonium: vt inf. eo. l. cum lege. & inf. de ſecund. tab. l. 1. §. ſed ſi quis. & Inſti. de teſta. §. teſtes.

c *Faſtinem*] actiuè. ſed paſſiuè ſic: vt inf. de acq. hæred. l. mutum. §. 1. Fallit tamen in filiofam. qui poteſt eſſe teſtis, non tamen teſtatur.

f *Damnatur*] accuſatus. vel conuictus ex illa iniuria: vt inf. de iniu. l. lex Corn. 6. ſi quis. & l. quod Senatus.

g *Inteſtabilis*] vt & ſup. de teſtib. l. ob carmen. & hoc exponit ſtatim.

h *Adhiberi*] vt teſtis. Item nec ei dicetur teſtimonium: vt inf. eo. l. cum lege. An autem capere poſſit? quidam dicunt quod nō. ſed Azo dicit, q̄ ſic: quia & is, cui bonis eſt interdictum, non. pōt adhiberi, & tā capit: vt ī. de acq. hær. l. mutū. §. 1. ſed ibi dicit, q̄ nec ille capit: quod pōt eſſe verū, q̄ à lege: vt in hæretico: ſi autem propter prodigalitatem. benè capit & iſte. ſm eū. ſed dicā, q̄ non capiat. vtpote criminoſus: vt hic in ſi. quod non eſt in prodigo. vt no. d. l. mutum.

i *Si filiusfamilias*] CASVS. Si filiusfa. vel ſeruus vel pupillus teſtetur: hæres ab eo. vel ab eis inſtitutus nō pōt habere bon. poſſ. ſecundum tab. ex illo teſto: licet dictus filius f. qui fecit teſta. factus poſtea ſui iuris. deceſſerit: & licet pupillus poſtea pubes factus deceſſerit: & licet ſeruus poſtea liber factus deceſſerit: quia nullæ ſunt tabulæ. &c. Viua.

3 † Lib. 5. Pandect. * Ad intel. huius l. vi. Io. Annib. in rub. ſolu. matr. nu. 378.

i *Si filiusfamilias*] niſi in caſtrenſi pecu-

Sentētia

lio. vel quaſi: vt Inſt. eo. in prin.

k *Aut ſeruus*] niſi in caſtrenſib. vt C. com. de ſucceſ. l. ſeruus.

l *Fecerit*] teſtando. & ſic ſequētia: vt inf. de bon. poſſ. ſm. tab. l. 1. §. exigere. & facit ſup. eo. l. 3. & 4. & inf. de leg. 3. l. 1. §. 2. & ī. de reg. iur. l. pe. & in Auth. de teſtib. §. ſi verò. colla. 6. & ſu. ad Mace. l. 1. §. certè. & C. de interdic. ma. l. ſi patris. Accur.

m *Deceſſerit*] ſecus in legato; vt inf. de leg. 3. l. 1. §. 1.

2 † Lib. ad Sab.

Q*Vi teſtamento.*] CASVS. Aliqs non pōt eſſe hæres. & teſtis in teſtō, in quo eſt hæres. ſed legatarij benè poſſunt eſſe teſtes, niſi ſint impuberes, vel in poteſtate teſtatoris, vel alio modo impediantur eſſe teſtes. & intelligo filios eſſe in poteſtate teſtatoris, & illos liberos hoīes, quos ab hoſtib⁹ redemit. Sed quid ſi filiusfa. in militia ſtiens fecit teſtamentum: nunquid pater ſuus, vel frater poterit eſſe teſtis? & dſ. q̄ ſic, dixi ergo in principio, q̄ filius nō poteſt eſſe teſtis in teſtamento patris. certè idē eſt in omni alio negocio, in quo patri acquiratur. Secundò dicit, q̄ furioſus non pōt eſſe teſtis in teſtō, dum furor eū tenet. aliàs ſic. & ſi fecit teſta. ante furorē, valet. Tertio dicit, q̄ ille, qui damnatus eſt lege Iulia repet. non pōt eſſe teſtis in iudicio, neque in teſtō. Quarto dicit, q̄ mulier in teſtō non poteſt eſſe teſtis: aliàs generaliter ſic, niſi ſit de adulterio dānata. Quinto dicit, q̄ ſeruus non poteſt eſſe in teſtamento teſtis: quia iuris ciuilis, vel prætorij communionem aliquam non habet; immo pro mortuo reputatur. Sexto dicit, quòd teſtes debent durare ad audiendum teſtamē, donec completum ſit teſtamentum, & ſi ſit ibi Græcus teſtis, non facio vim vtrum intelligat ſermonem Latini teſtatoris, vel non: dum tamen alio modo ſciat quid ſit. Teſtamentum autem non valeret, ſi teſtes eſſent ibi per vim detenti. Viuia.

4 † Lib. 1. ad Sabin.

n *Habetur*] vt Inſti. eo. §. legatarijs. & C. eo. l. diſtantibus: Sed contra C. de teſtib. l. omnibus. Sol. vt ibi. 1 quia hic pro ſolemnitate, ibi pro veritate. ſic. & in tutore non tamen in cauſa pupilli poteſt eſſe teſtis. Item facit 14. q. 2. c. ſuper prudentia. & Inſti. de teſta. §. ſed neque. Accur.

1 Iſta glo. reprobat: q̄a ſi verū eſſet, hæres ēt poſſet eē teſtis: q̄ ſecus eſt ſm Bar. Pau. & Are-

a *Vinnio*

a *Vinculo*] pignoris, vt inf. de leg. 1. l. Senatus, §. 1. & C. de cap. l. 2. & hoc ſi liber fuit redemptus: aliàs fuit redimentis, vt inf. de capt. l. in bello, §. ſi quis ſeruum.

b *Poſſe*] cum ante miſſionem teſterur: ſecus ſi poſt, vt Inſt. e. t. ſed ſi filius, quæ eſt contra: nam, & ſine vllo teſte, vel ſine ſolemni numero teſtium valeret. igitur valet quando huiuſmodi adhiberur, vt dī de muliere, cui datur actio ex ſtipulatu vbi nulla fuit ſtipulatio: multò magis ergo vbi aliqua fuit, licet non vtilis, vt C. de rei vx. act. in prin. Item §. C. de teſtibus l. j. & ſup. de teſtib. l. teſtis idoneus. Sed hoc eſt ſpeciale fauore militis. Hug.

c *Diximus.*] refert ſe ad filios prohibitos teſtificari patri in teſtamento. Idem erit in alijs negotijs, ſi quæratur aliquid patri. i. ei ſit vtile filij teſtimonium. ſi autem non patri, ſed filio quæratur, tunc & alia ratione repellitur, quia in re ſua. vt ſi pater pro filio velut legitimus adminiſtrator agit. ‖ autē nec pri. nec filio. quæratur: tunc ſecundū hoc filius eſt teſtis patri, vt hic innuit. Sed ob quod dicit prohibendis, vel ſub. non prohibendis. Item sm̄ hoc non ob. Inſtit. eo. §. ſed ‖ filius. vbi non quæritur patri, vel filio. & tamen repellitur: quia ibi de patris teſtimonio: de quo dic. vt ſup. proxi. reſpon. hic filij, & eſt ratio. vt plenius repellatur patet: quia plus diligit filium, quam econtra filius patrē, vt ſup. quod mc. cau. Inſti quidem. §. ſi. pater ergo, quod in teſtamento non poteſt filius eſſe teſtis patri: nec diſtinguo, quæratur, vel non quæratur vni. vel alteri. vt ſup. hac lege. ſed in alijs diſtinguitur, an quæratur, vel non. vt hic dicit. Sed dicunt quidam referri ad proximum dictum, ſcilicet de patre, & fratre: quia dicit prohibendis. & ſecundum hoc expone coram. id eſt, pro eis qui, &c. Et quod dicit. per quod acquiratur. gloſſant ita, ſub. maximè: nam idem eſt in illis negotijs, in quibus nihil patri acquiritur: nam poſt miſſionem pater non poteſt eſſe teſtis filio militi etiam ſi ei non acquirat, vt Inſtit. eod. §. ſed ſi filius. Vnde generalis videtur eſſe prohibitio ne pater dicat teſtimonium pro filio, & hoc ratione affectionis, & eadem ratione mater: & dicas, acquiritur, ipſi patri. Vel ſecundum Ioannem, ipſi filio: nam ſiue negotium geratur, per quod debeat acquiri ipſi filio, pater non erit teſtis, vt ibi: ſiue per quod quæritur, vel non quæritur patri, filius non teſtificabitur, & ſic pater nunquam admittitur ad teſtimoniū filij. & ita non ſub. auditur, maximè. ſed hoc, quod dicit, intelligi eſſe dictum manente militia filij. vt Inſtitu. eod. §. ſed ſi filius poſt miſſionem, vt dixi in ſuperiori. §. H. Sed hæc glo. loquitur, quaſi dicat. de prohibendo, cum ſecundū liberos, qui ſunt in poteſtate, referendum eſt, verum etiam ad eum, quem redemit ab hoſtibus: quamuis placeat hunc ſeruum non eſſe, ſed vinculo [a] quodam retineri, donec pretium ſoluat. Per contrarium quæri poteſt, an pater ejus, qui de caſtrenſi peculio poteſt teſtari, adhiberi ab eo ad teſtamentum teſtis poſſit? Et Marcellus lib. 10. Digeſtorum ſcripſit, poſſe. [b] Et frater ergo poterit.

Sicut filius non poteſt eſſe teſtis in teſtamento patris, ita nec in aliquo negotio, per qd patri aliquid acquiratur. Bar tolus.

¶ Quæcunque autem in teſtamento diximus [c] ſuper prohibendis teſtimonijs eorum, qui in poteſtate ſunt, in omnibus teſtimonijs accipias, vbi aliquid negotij geritur, per quod acquiratur.

¶ Nec furioſus quidem teſtis adhiberi poteſt, cum cōpos mentis non ſit: ſed ſi habet intermiſſionem, eo tempore adhiberi poteſt. ‡ teſtamentum quoque, quod ante furorem conſummauit, valebit, & bonorum poſſeſſio [d] ex eo teſtamento competet.

Qui non poteſt eſſe teſtis in iudicio, non poteſt eſſe teſtis in teſtamento. Item mulier in teſtamento teſtis eſſe non poteſt, in alijs poteſt, niſi ſit infamis. Bar.

¶ Eum, qui lege Iulia repetundarum damnatus eſt, ad teſtamentum [2†] adhiberi non poſſe [e] exiſtimo, quoniam [f] in iudicio [g] teſtis eſſe vetatur. Mulier teſtimonium dicere in teſtamento quidem non poterit: [h] aliàs autem poſſe teſtem eſſe mulierem, argumento eſt lex [i] Iulia de adulterijs, quæ adulterij damnatam, teſtem produci, vel dicere teſtimonium vetat.

Seruus non poteſt eſſe teſtis in teſtamento. Bar.

¶ Seruus quoque meritò ad ſolemnia [k] adhiberi non poteſt: cum iuris ciuilis [l] communionem non habeat in totum, [m] [3†] ſed ne prætorij quidem edicti. [n]

Teſtis debet adſtare, donec teſtamentum perficitur, & debet teſtificari de eo, quod ſenſu percepit. Bar.

¶ Veteres putauerunt, eos, qui propter ſolemnia teſtamenti adhibentur, durare debere, donec ſuprema conteſtatio [o] peragatur. Non tamen intelligentiam ſermonis [p] exigimus. hoc enim

liberos, qui ſunt in poteſtate, referendum eſt, verum etiam ad eum, quem redemit ab hoſtibus: quamuis placeat hunc ſeruum non eſſe, ſed vinculo [a] quodam retineri, donec pretium ſoluat. Per contrarium quæri poteſt, an pater ejus, qui de caſtrenſi peculio poteſt teſtari, adhiberi ab eo ad teſtamentum teſtis poſſit? Et Marcellus lib. 10. Digeſtorum ſcripſit, poſſe. [b] Et frater ergo poterit.

Sicut filius non poteſt eſſe teſtis in teſtamento patris, ita nec in aliquo negotio, per qd patri aliquid acquiratur. Bar tolus.

¶ Quæcunque autem in teſtamento diximus [c] ſuper prohibendis teſtimonijs eorum, qui in poteſtate ſunt, in omnibus teſtimonijs accipias, vbi aliquid negotij geritur, per quod acquiratur.

¶ Nec furioſus quidem teſtis adhiberi poteſt, cum cōpos mentis non ſit: ſed ſi habet intermiſſionem, eo tempore adhiberi poteſt. ‡ teſtamentum quoque, quod ante furorem conſummauit, valebit, & bonorum poſſeſſio [d] ex eo teſtamento competet.

Qui non poteſt eſſe teſtis in iudicio, non poteſt eſſe teſtis in teſtamento. Item mulier in teſtamento teſtis eſſe non poteſt, in alijs poteſt, niſi ſit infamis. Bar.

¶ Eum, qui lege Iulia repetundarum damnatus eſt, ad teſtamentum [2†] adhiberi non poſſe [e] exiſtimo, quoniam [f] in iudicio [g] teſtis eſſe vetatur. Mulier teſtimonium dicere in teſtamento quidem non poterit: [h] aliàs autem poſſe teſtem eſſe mulierem, argumento eſt lex [i] Iulia de adulterijs, quæ adulterij damnatam, teſtem produci, vel dicere teſtimonium vetat.

Seruus non poteſt eſſe teſtis in teſtamento. Bar.

¶ Seruus quoque meritò ad ſolemnia [k] adhiberi non poteſt: cum iuris ciuilis [l] communionem non habeat in totum, [m] [3†] ſed ne prætorij quidem edicti. [n]

Teſtis debet adſtare, donec teſtamentum perficitur, & debet teſtificari de eo, quod ſenſu percepit. Bar.

¶ Veteres putauerunt, eos, qui propter ſolemnia teſtamenti adhibentur, durare debere, donec ſuprema conteſtatio [o] peragatur. Non tamen intelligentiam ſermonis [p] exigimus. hoc enim

eos de permittēdo dicas, niſi dicas de prohibendis. ſcilicet, certis caſibus, quaſi dicat, aliàs prohibendis, & ſuper hoc fundatur glo. ſed primam approbo.

d *Et bonorum poſſeſſio*] ſecundum tabulas, vel etiam contra tabulas: nam vtraque competit ex teſtamento, vt Inſti. de bono. poſſeſ. §. ſunt autem, & facit ſupra eodem l. qui in poteſtate. §. 1. & l. is cui & Inſtit. eod. t. furioſi, & t. ſed & ſi quis. & inf. de ſecund. tabu. l. 1. § ſi quis, & C. eo. l. furioſum.

e *Non poſſe.*] iſtud non deeſt Py. ſed Azo. poſuit in ſuo lib. & habet idem inf. ad legem Iuliam repetund. l. ead. §. 1. & ſu. de teſti. l. repetundarum. Accur.

f *Quoniam*] no. hanc rationem, quæ fallit in hæreticis, vt C. de hæret. l. quoniam. in fi.

[2] *Fecisset*] CASVS. Ita scripsi in testamento meo: Titius hæres mihi esto: & si dictus hæres erit, mihi Mœuius hæres esto. & rogo eos ambos per fideicommissum, vt hæreditatẽ meam restituant Sempronio, & postea decessi: cũ Titius nollet adire meam hæreditatem, Sempronius fideicõmissarius fecit eum cogi per Prætorem, vt adiret: & ita Titius coactus adiuit: sicq; quartam non retinuit: tamen restituit Sempronio ex Trebelliano partem quam coactus adiit. modo quæritur. vtrum prædictus Mœuius possit pro sua parte adire suo arbitrio sine coactione, & quartam retinere cum restituat Sempronio prædicto? & videtur, quod non: quia cum Titius suspectam adierit, perinde est, quantum ad eum, ac si non adiuisset. vnde, quia Titius non adiuisset, videtur quod Mœuius adire non possit, qui Mœuius fuit à me institutus sub conditione, si Titius adiuisset. vt dictum est. Item & quia Titius coactus adiuit: videtur quod Mœuius adire debeat eodem modo, ac si esset coactus, & sic quartam non retineat. dicitur tamen hic, quod & suo arbitrio possit adire dictus Mœuius: & quod quartam Trebellianicam à Sempronio retinere possit. Viua.

[3] *Tali*] Flo. in g *Adierit*] coactus per fideic. quia erant rogati alij restituere. Item adeunte Titio completa est cõditio Mœuij: vt inst. tit. 2. l. 3. §. si quis. dubitatio autem huius legis erat hæc secundum Azo. quia cum Titius suspectã adijt, perinde est, quantũ ad eum, ac si non adijsset: vnde quasi nõ adijsset, videbatur quod hic adire non posset: vel qa Titius fuerit coactus adire, videbatur, quod & hic coactus adire debet: & sic quartam retinere nõ debet: quia qui coactus adierit, quartam non retinet. vt infra ad Trebell. l. quia poterat.

[*] *Excepto vno casu* quẽ Lud. Ro. ponit in singul. filiisfi ver. conditio. vi le oĩno per Bart. in l. sub eõ titione. inf. de bar. in li. 2 † Sũt q dicũt hic legendũ esse. libertatẽ contra fidem Fl. & omniũ librorũ. & contra rõnẽ iuris 2 † Ita et legit in P. F. Haloãdrẽ scripsit mendosè.

[*] *Hoc est impossibile.* nam Græci hoc verbũ ἀδύνατος pro necessaria. quæ pro impossibili vsurpant. Cons.

[*] A Q. Mutio iurisconsulto instituta, qua in re cui quid sub conditione ne nõ faciendi legatũ est, nil præmittitur, & cauetur se nõquam facturum.

[h] *Debebat*] sub pacto lucrandæ dotis, si ipsa præmoreretur, vt habeant locum sequentia.

[i] *Instituerat*] pro parte.

[k] *Neque petijsset*] i. accepto ferret. & sic iuris sunt: vt inf. de lib. leg. l. 3. §. nunc de effectu. aliàs locum haberet cautio Mutiana: i vt inf. de condi. & demon. l. Mutianæ.

[l] *Pro non scripta*] vtpote impossibilis, cum nõ est cui caueat: vt fi. e. l. si quis. § idem Iulianus. & inf. de con. & demon. l. Mutianæ. & facit ad hoc C. de hæred. instit. l. si cõpensandi.

[m] *Hæres esse*] & hæc institutio nulla videbatur. cum prius deberet manumittere seruum hæreditarium, quã hæres esset: vt j. de hære. instit. l. 3. §. si quis. & j. de condi. & demon. l. quisquis. & inf. de manumittere nõ poterat, nisi hæres esset. vtpote non dõs: vt C. de his, qui à non dom. §. valet tã magis quam

[*] *Si quis te*] Titius, instituit te hæredem sub cõditione, si tu eum instituisses hæredẽ. certè quocunq; gradu probes te eũ instituisse, eris eius hæres. & idẽ esset, si Titius instituisset te hæredem sub cõditione, si tu ei aliquid legasses. nã quocunque gradu probes te ei aliquid legasse, eris eius hæres. Viu.

per voluntatem defuncti,quam per manumiſſionem.

a *Manumiſiſſe*]ſ.de facto,& ſic ſufficit de facto fieri,etſi de iure non teneat,vt inf.de ſta.lib.1.pen. & l.Stichus ſi hæredi.& inf.de manumiſ.teſta.l.ſeruum teſtamento,& inf.de condi.& demon.l.Mæuius, & inf.de verb.obli.l.quidam.ſi.

res erit. verum eſt enim eum manumiſiſſe. a ſed poſt additionem libertas ſeruo data,ſecundum voluntatem teſtatoris conualeſcit. b

Subſtitutus eſt propriè inſtitutus, vel ſubſtitutio eſt propriè inſtitutio. Bar.

¶Si quis te hæredem ita inſtituit, c ſi tu hæredem eum inſtituiſſes: 1† aut quid ſibi legaſſes,nihil iteresſt,quo gradu is à te hęres inſtitutus,vel quid d ei legatum ſit: dummodò aliquo gradu id feciſſe te probes.

Celſus li.16. Digeſt.

LEX XXI.

SEruus alienus ita hæres inſtitui poteſt, cum liber erit. proprius autem ita inſtitui non poteſt. e

Caius li.18.ad edict.prouin.

LEX XXII.

QVia ratio f ſuadet, eum qui libertatem dare g poteſt, ipſum debere aut præſenti die,aut in diem, aut ſub conditione dare libertatem, nec habere facultatem, in caſum à quolibet h obuenientis libertatis hæredē inſtituere.

Marcellus lib.12. Digeſt.

LEX XXIII.

VTer ex fratrib meis cōſobrinam i noſtram duxerit vxorem,ex dodrante, k qui non duxerit, 2† ex quadrante hæres eſto. l aut nubit alteri, aut non vult nubere. conſobrinam, qui ex his duxit, 3† habebit dodrantem, eritq; 4† alterius quadrās. Si neuter eam duxerit vxorem, non quia ipſi ducere noluerunt,ſed quia illa nubere noluit, 5† ambo in partes æquales admittūtur. m Plerunq; n enim hęc cōditio, Si vxorem duxerit,ſi dederit, ſi fecerit: ita accipi oportet, quod per eum non ſtet, quo minus ducat,det, o aut faciat.

Sic ſubſtitutio dicitur propriè inſtitutio Bal. in rub.C. de impu. necdebet fieri niſi verbis expreſſis.B. in l.6.ff. opp.C.de hæte. inſtituen. 1† F. ſi ſe hęredem inſtituiſſet.

b *Conualeſcit*] contra infra qui, & à quibus l.ſi ſeruo.vbi non conualeſcit. Sol. non ipſo iure,vt ibi:ſed tamen ſi veniat contra factū ſuum, obſtabit exceptio,vt ſup.de pign.act. l. ſi rem alienam, & l.1. & de pigno. l. ſi à Titio.& facit ad hoc. C.de li.cau.l.ſi ab eo. & quod ibi no.

c *Inſtituit*] in præteritum non in futurū, vt ſupra titu.2.l. hoc articulo.& inf.de his, quæ pro nōn ſcrip.l.1. in fi.

d *Vel quid*]ſub.etiam modicum.

Ernut.] CASVS. Seruum Titij inſtitui mihi hęredem, cum liber erit, certè valet inſtitutio, proprium autem meum ſeruum non poſſem taliter inſtituere, quia cum ei libertatem dare poſſem, debeo ei dare libertatem,ſi volo eum liberum eſſe, & mihi hæredem,vel purè,vel in diem,vel ſub conditione,nec facultatem habere debeo inſtituendi eum hæredem in caſum obuenientis ei libertatis à quocunque alio.& h.d.cum l.ſeq. Viuia.

e *Non poteſt*] ſ. vt inſtitutio ſit conditionalis. Ro. ſed erit pura,conditione habita pro non ſcripta.in dic, nulla eſt omnino,ſm Io.vt hic dicit.Sed contra ſup.ti.2.l.talem, in prin. Sol.ibi bis data fuit libertas ſeruo. Primo purè, & vtiliter. Secundo ſub conditione, & inutiliter, vt & hic: quare licet ex ſecunda datione non teneat, tenet ex prima pura, & vtili. Item fac. Inſti.qui tu.da.poſ.§.ſeruus.vbi eodem modo diſtinguitur in ſeruo tutore dato, licet illa diſtinctio videatur tolli per l.ſup.de teſt.tut.l.ſi hæreditas.§.fin.vbi non refert inter ſeruum ſuum, & alienum tutorem datum.Sed dic,quod vterq; liber eſt. ſed alter directo, cum ſuus: alter per fideicommiſſum, cum alienus.

f QVia ratio] Si volo ſeruum meum hæredem inſtituere,debeo ei libertatem relinquere, vel purè, vel in diem,vel ſub conditione: nec debeo fortunæ committere, vt fiat liber ab aliquo domino futuro,vt ſic poſtea ſit hæres. Azo. Vel dic ratio.ſ.vt non pendeat ex alieno arbitrio,vt ſu. tit.2.l.illa.Item, & ille,qui poteſt ſtare certo,non ſtet incerto,vt dicit prouerbium,vt hic,& ſup.tit.2.l.quoties.§.hæredes. Accurſius.

g *Libertatem dare*] ſ.ex quo dat ei hæreditatem. Sed contra ſu.tit.2.l.hæreditas ex die.Sol,libertas. & hæreditas poteſt differri,vt poſt Paſcha ſit liber.& hæres:ſed tātū hæres nōt verum in prædicto caſu ſubducitur tempus quantū in hæreditate,vt ſic habeat commodum medij temporis, ſecundum Azo.Vel dic,ex die incerto,vt ſu.tit.2. l.in tempus, & l. qui filio. Accurſius.

h *A quolibet*] futuro domino, quaſi fato committendo:ad quod inf.de condi.& demon.l.1.in fin.& de leg.3.ſed,& ſi ſic. Accurſius.

VTer] CASVS. Ego habens duos fratres, & vnam conſobrinam,ita dixi in teſtamento meo, vter ex fratrib. meis conſobrinam noſtram vxorē duxerit, hæres mihi eſto ex dodrante:ille autem frater meus,qui eam nō duxerit,hæres mihi eſto ex quadrante, & poſtea deceſſi,& dicta conſobrina nupſit vni de dictis meis fratribus,certè ille,cui ipſa nupſit,habebit dodrantem hæreditatis meæ,& alter quadrantem. Si autem aliquis eorum nō duxit eam in vxorem,eo quod ipſa noluit, tunc erunt ambo mihi hæredes pro æquali portione: quia per eos non remanet,quin conditionem adimpleant: ſicut ſi eſſent inſtituti hæredes,ſi darent centum Titio,vel facerēt mihi monumentum, & per eos non remaneret,quin darent cētum,vel monumentū facerent, & idem eſſet ſi dicta conſobrina deceſſiſſet viuo me teſtatore, & ita certū eſt, quod per eos non remanet,quin conditionem adimpleant, & h.d.cum l.ſeq.Viu. l *Conſobrinam.*] quæ dicitur conſobrina, habes Inſti. de gradi. §. quarto, & licitum eſt tale matrimoniū, ſm leges, vt Inſti. de nup. §. duorū autem, & intellige hoc verū quando honeſtè ei nubere poterat, aliàs cōditio pro non adiecta habetur, vt C.de inſt. & ſubſti. l. 2. & infra de condi. & demon. l.cum ita, & l. ſeq. & l.Titio.§.1. & ſic tunc vterq; admittitur in ſemiſſe,vt inf.proxi. ſatis probatur.ſed ſm canones conſtat talem conditionem pro non adiecta debere haberi:cum interdictum ſit tale matrimoniū Az.

2† Hæc verba oteſtatore, & ita certū eſt, quod per eos non remanet,quin conditionem adimpleant, & h.d.cum l.ſeq.Viu. erant in manuſcriptis: ſed poſtea addita fuerūt ex Piſano li.Cō.

3† Fl duxit vxorem.

4† Fl.deeſt. que.

5† Fl. noluerit.

K *Dodrante*] i.nouem uncijs.

l *Habes eſto*] hæc inſtitutio eſt pura: ſed diſtributio partiū ſub conditione,vt inf.l.proxi.in fi.vnde viriles habēt portiones deficiente conditione, & ſecundum hoc non eſt contra inf.de cond.& demon.l.in teſtamento, vbi aliter diſtinguitur,quia ibi ſub conditione fuit relictum.

m *Æquales admittuntur*] quid ſi alteri nupſerit, & per alterum non ſtetit,quo minus ei nuberet? Reſpon. ſecundum Ioan.alter 9. alter 3. habebit: licet finis huius l.ei ſit cōtrarius. Azo.ſed non ob. quia vtrique nubere non poterat. Itē pone,quod neuter vult eam ducere. Ioan.viriliter admittentur: quia duplex eſt inſtitutio. ſ. pura ſine parte, item cum partibus diſcretis ſub conditione, vt inf. l. proxi. ſicut ſunt duo arbitri præcepta,vt ſu.de arbi.l.Celſus.cum ergo deficit conditionalis,remanet pura,vt ſu.ti.2.l.ſi quis ita ſcripſerit. Et ſic quatuor caſibus vterq; admittitur in virilem portionem,& æqualem.i. vterque in ſemiſſem, puta ſi illa moriatur viuo teſtatore, vel etiam poſtea, dummodo antequā ſit in mora contrahendi,vt inf.l.proxi. & inf.de condi.& demon.l.pen.§.1. Item ſi illa non vult nubere. Item qñ vterq; ſine iuſta cauſa non vult. Item quando honeſtè eam ducere non poſſunt,vt dictum eſt. Econtra in duobus æqualiter.ſ. ſi alter nupſerit poſt mortem teſtatoris,vel in vita poſt teſtamentum,vt hic, & C.de inſtitu. & ſubſtitutio. l.ſi quis hæredem. Item ſi alter noluit ducere volentem, vt hic in fine colligitur.

n *Plerunque*] nam quandoq; non ſic eſt. vt poteā colligi ex diſtinctione quam no.ſup.eo.l.1. Hug.

o *Det*] ſic in Authen.vt exact.inſtan.do.§.ſi.& facit ad l.ſ. de ſecundis tabulis.l.2.§.ſi quis ita.& de ann.leg l.Mæuia.I principio.& C.de condi.infer.l.3.& C.de inſtitu.& ſubſtitutio.l.1.& inf.de leg.1.l.turpia.§.2.& de contrahen.empt.

l.hæc

l.hæc vē ditic.& sup.de hæred.instit.l.quoties.§.si quis.& ſ. de condi.& demon.l.Si Titius.& in f.l.prox.

a *Qui ex fratribus. Viuo testatore*] vel post mortem, ante mortem.vt sup.l.prox.not. Item dic.quod in vita testatoris potest impleri.vt ibi not.

b *Quia verum est*] hæc est ratio quare hæc.& superior l. non obstant distinctioni, quæ fit inf. de condi. & demon. l. in testamento.& facit ad hoc sup. l. proxi. cum suis concor.

Papinianus lib.6.Respon.

LEX XXIV.

QVi ex fratribus meis Tiam consobrinam vxorē duxerit, ex besse hæres esto: qui non duxerit, ex triente hæres esto. Viuo testatore[a] consobrina defuncta, ambo ad hæreditatem venientes, semisses habebunt: quia verum est [b] eos cohæredes [1†] institutos, sed emolumento portionum euentu nuptiarum discretos.

Modestinus lib.9.Regul.

LEX XXV.

SVb conditione hæres scriptus, sine iussu domini conditioni parere nō [2†] potest.[c]

Pompo.lib.2.ad Q.Mutium.

LEX XXVI.

SI pupillus sub cōditione [d] hæres institutus fuerit, cōditioni etiam sine tutoris authoritate parere pōt. Idemq; est, & si legatum ei sub condi tione relictum fuerit: quia cōditione expleta, pro eo est, quasi purē ei hæreditas, vel legatum relictum sit. [e]

Conditio, quæ continet inhumanitatem, respuitur, & ex sermonibus incongruis præsumitur quis non sanæ mentis, nisi probetur contrarium. B.

Modestin.lib.8.Respon.

LEX XXVII.

QVidam in suo testamento hæredem scripsit sub tali conditione, si reliquias eius in mare abijciat. Quærebatur, cū hæres institutus conditioni non paruisset, an expellendus esset [3†] ab hæreditate. Modestinus respon. Laudandus est [f] magis quā accusandus hæres, qui reliquias testatoris nō in mare, secundū ipsius volūtatem, abiecit, sed in memoriam [4†] humanæ cō ditionis sepulturæ tradidit. Sed hoc prius inspiciendum est, ne [g] homo, qui conditionē talem imposuit, [5†] non [6†] cōpos mentis esset.[h] Igitur si perspicuis rationibus hæc suspicio amoueri potest: [i] nullo modo legitimus hæres de hæreditate controuersiam faciet [7†] scripto hæredi.

¶ Quem [8†] testamento purè instituit, codicillis adscripsit [9†] cōditionem,[k] quæro, an ei parere necesse habeat. Modestinus respon. Hæreditas codicillis neq. dari, [l] [10†] neque adimi potest. Porrò in defectum [11†] cōditionis, de adēptione, hæreditatis cogitasse intelligitur. [m] [12†]

Illo instituto sub cōditione potestatiua, quæ non potest impleri vltimo vitæ spiritu decedentis, antequam impleat conditionem, sit locus substituto, & venientibus ab intestato, ipso viuo: secus in ea conditione, quæ vltimo vitæ spiritu potest adimpleri: quia tunc ipso mortuo admittuntur. Bar.

quias in mare.

¶ *Quem testamento*] Et Titio quem testamento purè instituit sibi hæredem Seius codicillis à se Scio postea factis adscripsit conditio, dictus Seius in dictis codicillis, & ita scripsit. Volo mihi esse hæredem Titium, si det Caio centum. nunquid, si vult hæreditatem Titius, teneatur dare centum dicto Caio? & dico, quod non: hæreditas enim non potest adimi in codicillis, & dictus testator intelligitur cogitasse de ademptione hæreditatis in codicillis facienda, si hæres non adimpleret dictam conditionem in codicillis appositam. sicut autem non potest adimi hæreditas in codicillis, vt dictum est: ita nec dari, & h. d. tota lex. Viuia.

f *Laudandus est.*] est enim derisorium, vt su. eo. l conditiones, sic, & alias voluntati testatoris non paretur, vt inf. ad Treb. l. debitor. ibi, nam, & cum &c. & C. de his qui. vt indig. l. non oportet, & inf. de lega. 1. l. seruo alieno. §. fin. & sup. de relig. & sum. fu. l. at si quis, §. at si quis, & ſ. hæc actio. & C. de instit. & substi. l. reprehendenda. Azo. Item facit supra de pcti. & commo. rei vend. l. 1. §. licet. Sed argu. contra inf. de condit. & demon. l. Mœuium. Sol. hic fauore religionis speciale. argum. supra de relig. & iunip fun. l. sunt personæ.

g *Nec* id est, an.

h *Mentis esset*] quod est verum, vt præsumatur nō. fuisse compos mentis, nisi probetur contra.

i *Amoueri potest.*] per scripturam probantem eum fuisse sanæ mentis. ex sermonibus enim præsumitur non sanæ mentis, hoc est, talis præsumitur, cuius verba gerit, vt hic, & su. de tut. & cur. da. ab his, l. is qui. §. 2. & §. Diuus & inf de leg. 1. l. apud Iulianum, §. fi. & l. 4. §. 1. sic & talis, cuius, & gesta ducit, vt inf. de iniu. l. item apud ſ si quis virginem, quo non probato institutio nulla est, vt sup. de testa. l. qui in potestate, & sic legitimus faciet controuersiam hæreditatis. & facit C. qui. testa fa. pos. l. 3. & C. de codicillis, l. nec codicillos. Item no. arg. quod si quis viatur re, vt dñs. ꝙ præsumitur dominus, licet non sit, quia possideat.

k *Adscripsit conditionem*] sub. ei quem, &c.

l *Dari*] directō, vt su. eo. l. institutio. & Inſti. de codicil. §. fi. & C. de codicil. l. 2 nili in milite, vt inf. ti. 2. l. quærebatur, & l. militis, in prin.

m *Intelligitur*] sed an cum effectu est cogitatio? & respō. quidam sic, vt confitetur, vt C. de his qui. vt indig. l. hereditas. Sed ibi expressim dixit eos indignos. Itē pro eis. inf de leg. 3. l. cum quis decedens §. Seiam. in fi. Sed ibi alij assignant. Et eodem modo respon. idem l. inf ad Trebel. Scæuola. Item

pro

1† F. hæredes.

2† Sunt qui putēt negationem nō abundare. nā cōstat seruū conditioni sine iussu domini parere posse. l. conditionib. infra de condi. & demonstra. nisi dicas posse quidem, nō tamē vt ob id dominus videatur se gessisse pro hærede.

3† Fl. est.

4† Fl sed memoria.

5† Fl. posuit.

6† F. neque.

7† Fl. facit.

8† F. hæredi quē test. &c.

9† F. scripsit.

10† F. de est, neq; dari.

11† F. defectus.

12† Intelligitur.

pro eis inſ. de his qui vt indig. l. quidam. Sed ibi perfectum fuit ſecundum teſtamentum hic codicillus. Sed Azo dicit quod in vanum cogitauit. vt inſ. de codicil. l. Diuus. & Inſti. de codicil. in fin. ibi, neque cõditio, &c. Item pro eodem. C. de teſtamen. l hac conſultiſſima. §. ſi quis autem. ſed interpretari põt vt ſup. de teſt. l. hæredes. §. 2.

Si filius] CASVS. SEgo habens filiũ in poteſtate, & ex eo duos nepotes: inſtitui mihi heredem dictũ filium ſub cõditione quæ erat in eius poteſtate. nam nec ſub alia conditione poteram eum inſtituere ad hoc vt valeat meũ teſtamentum: & dictos meos nepotes ei ſubſtitui: poſtea deceſſi. & poſtea venit ad mortem dictus meus filius antequã adimpleret dictam conditionem. quæritur vtrum dicti nepotes veniant ex ſubſtitutione filio in mortis articulo conſtituto? & diſtinguitur inter poteſtatiuas conditiones. nam aut fuit talis, quæ non potuit impleri moriente filio: velut ſi ad Alexandriam ierit filius hæres eſto. & dictus filius Romæ eſt in mortis articulo, quæ valdè ab Alexandria diſtat; aut fuit talis poteſtatiua conditio, quæ potuit impleri extremo momento vitæ, velut ſi Titio decem dederit filius, hæres eſto, quæ vltima poteſt adimpleri per alium nomine filij prædicti: primo caſu veniunt nepotes ex ſubſtitutione filio in mortis articulo conſtituto, & adhuc viuo. nam cum certum ſit eo tempore filium Alexandriam ire non poſſe, ergo certum eſt eũ non extitutum hæredem, & ſic veniunt ſubſtituti ad hæreditatem. ſi autem retento eodem caſu non habuiſſet aliquẽ ſubſtitutum filius, exiſteret mihi hæres legitimus ipſe idem filius in mortis articulo conſtitutus, & ad iſtum eundem caſum adduco tale ſimile. Titius inſtituit ſibi hæredem Seium. ſi in Capitolium aſcenderit, quòd ſi non aſcenderit, legant ei centum. poſtea dictus Seius fuit in mortis articulo conſtitutus antequam Capitolium aſcenderet, & ita certum eſt eum aſcendere non poſſe Capitolium, & ſic non poſſe eſſe hæredem. certè incipit cedere dies legati ſtatim cum cœpit eſſe Seius in mortis articulo. Secundo autem caſu, ideſt, quando filio meo, quem inſtitui appoſui conditionem poteſtatiuam, quæ poterat adimpleri vltimo vitæ momento, non admitto ad hæreditatem nepotes prædicti filio ſubſtituti, viuo ipſo filio, licet in mortis articulo conſtituto: qui quidem nepotes teſtatoris exiſtent mihi ſuo hæredes ab inteſtato mortuo dicto meo filio, ſi eos non ſubſtituiſſem eidem filio: nec eis nepotibus ab inteſtato mihi ſuccedentibus, vt proximè dictum eſt, filius prædictus tã mortuus poteſt obſtare, quin mihi ſuccedant ab inteſtato: quia demum poſt mortem eiuſdem mei filij deſtituuntur eſſe teſtamentum meum, in quo eum inſtitui, vt dictum eſt. quaſi dicat, ſi deſtituum fuiſſet teſtamentum ante mortem filij, non obſtaret filius nepotibus ab inteſtato ſuccedere volentibus, ſicut in primo caſu dictum eſt. quando ſcilicet talis fuit conditio appoſita inſtitutioni filij, quæ vltimo vitæ momento adimpleri non poteſt. ſic nec in iſto caſu, quem ſtatim pono, obſtat filius nepotibus, puta exhæredato filio meo, & inſtituo mihi hæredes nepotes ex eo, cum ipſe filius moriatur. nam non poteſt hoc caſu obſtare nepotibus, cum ipſi veniant ex teſtamento ad hæreditatem meam aui demum mortuo filio, & hoc dicit hæc lex. Vinianus.

Tapinian. lib. 13. Quæſt.

LEX XXVII.

SI filius [a] ſub conditione hæres erit, & nepotes [b] ex eo ſubſtituentur: [1]† cum non ſufficiat ſub qualibet conditione filium hæredẽ inſtitui, [c] ſed ita demum teſtamentum ratum eſt, ſi conditio fuit in filij poteſtate: conſideremus nunquid interſit, quæ conditio fuerit deſcripta, [2]† vtrum quæ moriente filio impleri non potuit: ſ. veluti, ſi Alexandriam [d] ierit filius, hæres eſto: iſque Romæ deceſſerit: [3]† an verò quæ potuit etiam extremo vitæ momento impleri: ſ. veluti, ſi Titio decem dederit [e] filius meus, [4]† hæres eſto. quæ conditio nomine filij per alium [f] impleri poteſt. Nam ſuperior quidem ſpecies conditionis [g] admittit viuo filio nepotes [h] ad hæreditatem: qui [i] ſi reminem ſubſtitutum haberet, dum moritur, [k] legitimus patri hæres exiſteret. [5]† Argumentoque eſt, quod apud Seruium quoque relatum eſt. Quendam [l] enim referri a hæredem inſtitutum, ſi in Capitolium* aſcẽderit, quòd ſi non aſcendiſſet, legatum ei datum: eumque, antequam aſcenderet, mortem obiiſſe: [m] de quo reſpondit Seruius conditionem [n] morte [o] defeciſſe: ideoque moriente eo legati diem ceſſiſſe. P Altera verò ſpecies conditionis viuo filio [q] non admittit nepotes ad hæreditatem: qui ſi ſubſtituti [6]† non eſſent, ab [7]† inteſtato auo [a] Nepotes] vel quilibet extraneus: vt ſup. de hære. inſti. l. ſuus. R. immo cautè dicit nepotes: quia vt ſubſtituti, vel vt legitimi admitterentur: vt inſ. hac l.

1† Fl. ſub ſtituani.

2† Fl. ad ſcripta.

3† Fl. deceſſit.

4† Fl. de teſt. meus.

5† Fl. enituerit.

* Vide in hũc locũ Duar. l. 1. diſp. 4.

6† Flo. ſi non.

7† Fl. deceſſit ab.

b *Filio nepotes*] ſubſtitutos. nam moriente inſtituto cõſtatq; ipſe non poteſt impiere conditionem. ergo ea deficiente admittitur ſubſtitutus, vel cohæres. aliàs ſi nõ haberet ſubſtitutũ, vel cohæredẽ, idem filius ſuccederet, vt legitimus patri ab inteſtato, deficta ei conditione in articulo mortis poſitorum: vt hic ſubijcit: & ſup. de hæredib. inſtituend. ſuus. §. fin. ſed an cũ nepotes admittuntur, quærent patri morienti, vt ſic habeant poſtea vt hæreditatem patris: an non. & ita habeant vt aui arg. quod non quærant. C. de bonis quæ lib. l. 1. In fi. contra quod ſic arg. inſ. de acqui. hære. l. placet.

c *Inſtitui*] aliàs inſtituiſſe.

d *Alexandriam*] cum ipſe impropriè ſit tempore teſtamenti inſtitutus, vt ſic ſit poteſtatiua. ſed alij dicunt hic poni exemplum de mixta, vt C. de inſtitu. & ſubſtit. l. ſi pater. quod non placet.

e *Decem dederit*] cum diues ſit.

f *Per alium*] vt ſup. de ſta. homi. l. Arethuſa. in fi. ſed ſuperior non.

g *Superior ſpecies conditionis*] ſi Alexandriam ierit.

i *Qui*] ſ. filius.

k *Moritur*] idem filius.

l *Quendam*] extraneum.

m *Mortem obiiſſet*] & ſic conditio eo viuente defeciſſet.

n *Conditionem*] inſtitutionis.

o *Morte*] ſuperueniente in vita tamen.

p *Ceſſiſſe*] & ſic ad hæredem tranſit. quod aliàs non fieret: vt C. de cadu. tollen. §. finautem ſub conditione.

q *Viuo filio*] quia quãdiu ipſe viuit poſſibile eſt conditionem impleri: & cum poſſit locus eſſe inſtitutioni, ceſſat ſubſtitutio. Item poſt mortem filij demum incipit eſſe certum conditionem impleri nõ poſſe: & ſic admittuntur ſubſtituti, vel ſi nulli ſunt ſubſtituti, cum tunc certum ſit patrem ſa. deceſſiſſe inteſtatum, ſoli nepotes inueniũtur proximiores. & ſic ſuccedunt auo, vt legitimi, vt hic ſubijcit. & Inſti. de hære. ab inteſt. §. cum autem. Nec ob. Inſti. eod. tit. §. ita demum, vbi tempore mortis morientis inſpicitur, quis tunc eſt proximior: quia illud nullo condito teſtamento, quæ diſtinctio 1 ſ. filio 2 ſ. habuit Inſti. de leg. ag. ſuc. §. proximus.

1 Iſtã diſtinctionẽ tenet Bart. in l. qui ſe patris C. vn de liber. ver. cõtra iſtã lectionẽ oppo. vide ibi.

a *Heredes exisserent*] vel sub. suo non filio. qui nunquã fuit hæres. sed Ro. dicit ipsi filio. qui ab intestato patri successisset deficiente conditione instituti. cum nullum cohæredem. vel substitutum haberet: vt sup. de hæred. instit. l. suus. quod non placet. cum non sit. eo viuo. conditio impleta. & ita non fuit hæres: & hoc statim probatur, neque enim, &c.

1† Fl. videret obstitisse.

b *Neque enim*] benè dico. quod nepos succedit auo ab intestato, quoniam filius, qui non successit, ille nõ impedit eos. quin auo immediatè succedant.

c *Quemadmodum*] innuit. qđ. valeret testamentũ, in quo filius exhæredatus est. etiã post mortem suam. si demũ post. mortẽ filij exhæredati destituatur testamentũ. & sic est cõtra sup. de libe. & posth. l. si ita. §. si. vbi ab initio non tenet. Sal. hic destituitur ab initio, vt & ibi: & similitudo. q̃ fit per verbũ, quemadmodũ. est vt deseratur: vt hic. & ff. sed non in tempore: quia sup. post mortẽ filij: hic eo viuo. Dem nõ in hoc vt admittantur nepotes in vita: sed superiori sic. vel hic habuit cohæredẽ nepos. ibi non: vt ibi not. Sed tunc quomodõ deseritur testamẽtum post mortem filij? Resp. vt amodò non possit rumpi per querelam: & sic admittũtur nepotes instituti. Vel dic. quod fuerit exhæredatus sub conditione potestatiua. s. si non dederit illi decem: & sic optimè conuenit cum prædictis. Sed tunc ob. sup. de lib. & posth. l. 1. §. punè. sed ibi prohibet sub casuali, vel mixta. & in institutione distinguitur. Vel dic. destituitur rupto testamento per querelam. quando cohæredem habebat nepotem patrè instituentem. & facit inf. vnde libe. l. scripto. Accur.

* Quidã mihi hic deesse quædã verba Papin.

DE IVRE DELIBERANDI.

¶ *Heredes instituti de quibus dictum est, deliberant de adeunda hereditate: ideo de hoc dicit. Acc.*

Si seruus] CASVS. Titius instituit sibi hæredẽ Stichum seruum meum. vult seruus tps ad deliberandum, vtrum adeat hæditatẽ vel non. certè non dẽtei dari. nã seruus pro nullo est. sed debet mihi dari. si volo. qui sum dñs eius.

¶ *Ait Prætor*] Ita dixit Prætor. Si aliquis hæres institutus petet à me tempus ad deliberandum, ego dabo ei. postea dicit Vlpianus. cum dixit Prætor: tempus dabo. nec adiecit quantum tempus, ostendit esse in potestate iudicis. quantũ tempus det: non tamen debet dare minus, quàm centum dies. sed & pluries potest dare tempus ad deliberandum: veluti si primum tempus datum non sufficit hæredi: sed nõ debet dare vltra semel. nisi ex magna, & iusta causa per hæredem probata. & istud est in fauorem, & adiutorium creditorum, scilicet, quod hæredibus præstituatur tẽpus antea quod adeant. sed & hæredibus debet subuenire. Prætor. s. iubendo creditoribus hæreditarijs, vt faciant hæredib. copiam instrumentorum suorum inspiciendorum, vt exinde possint hæredes se instruere, expediat agnoscere hæreditatem, necne. & h. d. vsque ad l. Aristo. §. 1. Vinia.

Si seruus] Titius instituit sibi hæredẽ Stichum seruum meum. vult seruus tps ad deliberandum, vtrum adeat hæditatẽ vel non. certè non dẽtei dari. nã seruus pro nullo est. sed debet mihi dari. si volo. qui sum dñs eius.

¶ *Ait Prætor*] Ita dixit Prætor. Si aliquis hæres institutus petet à me tempus ad deliberandum, ego dabo ei. postea dicit Vlpianus. cum dixit Prætor: tempus dabo. nec adiecit quantum tempus, ostendit esse in potestate iudicis. quantũ tempus det: non tamen debet dare minus, quàm centum dies. sed & pluries potest dare tempus ad deliberandum: veluti si primum tempus datum non sufficit hæredi: sed nõ debet dare vltra semel. nisi ex magna, & iusta causa per hæredem probata. & istud est in fauorem, & adiutorium creditorum, scilicet, quod hæredibus præstituatur tẽpus antea quod adeant. sed & hæredibus debet subuenire. Prætor. s. iubendo creditoribus hæreditarijs, vt faciant hæredib. copiam instrumentorum suorum inspiciendorum, vt exinde possint hæredes se instruere, expediat agnoscere hæreditatem, necne. & h. d. vsque ad l. Aristo. §. 1. Vinia.

hæredes exisserent. * neque enim [b]filius videtur 1† obstitisse, post cuius mortem patris testamentum destituitur: quemadmodum [c] si exhæredato eodem filio, nepotes, cũ filius moreretur, hæredes fuissent instituti. *

De iure deliberandi.

TITVLVS VIII.

Seruo hæredi instituto non datur ius deliberandi: sed domino suo. h. d.

Vlpian. lib. 60. ad edict.

LEX PRIMA.

SI seruus fuerit hæres institutus, vtique non ipsi [d] præstituemus 2† tempus ad deliberandũ, sed ei cuius seruus est: quia pro nullo isti habentur apud Prætorem. [e] Itemque si plurium seruus sit, vtique omnibus dominis præstituemus.

2† Fl. præstituimus.

d *Non ipsi*] quia nec conditioni sine iussu domini parere potest: vt sup. tit. 1. l. suũ conditione. nec adire, nisi præcedat iussus: vt inf. de acq. hæred. l. si quis mihi. §. iussum. sed nolle adire potest: vt C. de hæred. instit. l. 3. in fi. Azo.

e *Apud Prætorem*] nec quantum ad iusciuile: vt inf. de regul. iur. l. quod attinet. & l. seruitutem. & sup. de test. l. qui testamento. §. seruus. nec Prætoris edicto, vt ibi. & hic. & infra de oper. no. nun. l. de pupillo. §. seruo. & inf. de vsuca. l. nunquam. §. seruus.

¶ Ait Prætor: Si tẽpus ad deliberandum peter, [f] dabo.

¶ Cum dicit tẽpus, nec adiecit 3† diem, sine dubio ostẽdit esse in ius dicẽtis potestate, [g] quem diem [h] præstituat. *

Paulus lib. 57. ad edict.

LEX II.

ITaque [k] pauciores quã centum dies 4† nõ sunt dandi.

Vlpian. lib. 60. ad edict.

LEX III.

NEc non illud sciendum est, 5† nonnunquam semel, nonnunquam sæpius [l] diem ad deliberandum dandum 6† esse, dummodo 7† Prætori suadeatur 8† tẽpus, quod primum aditus præstituerat, non sufficisse.

Idem lib 61. ad edict.

LEX IV.

SEd hoc impetrari non debet, nisi magna ex causa.

Idem lib. 70. ad edict.

LEX V.

ARISTO scribit non solum creditoribus, sed etiam 9† hæredi instituto Prætorem subuenire debere: [m]

f *Peter*] hæred. non autem legatarius: cũ tantum lucrum afferat legatũ, vt ff. man. l. si hæreditatem. & no. quod hic dicit de maiore, quam sit pupillus: & inf. eo. l. ait Prætor. dicit de pupillo.

g *Petentem*] sic infra de bono. authо. iud. poss. l. in venditione. §. de tempore. & inf. de leg. 1. l. si quis à filio. §. si quis plures. & & inf. de effra. l. 1. §. expilatores. & inf. de verb. obligat. l. continuus. §. cum ita.

h *Diem*] dummodo non vltra nouem menses: sed à Principe annum: vt C. eo. l. fin. §. sed quia q̃dã. à *Præstituat*] post centum dies tamen: vt inf. l. proxi.

k *Itaque*] pro &: vel illatiuè: qa Prætor diem non adiecit, itaque nos adiiciamus.

l *Nonnunquam. Sæpius*] dummodò vltra centum dies. & minus nouem mensibus à iudicibus. & minus anno à Principe inter totum: vt C. eod. l. fin. §. sed quia. quæ est contra. Alij, quod illa corrigitur: sed hodie hoc tempus est superuacuum. si fiat inuentarium: vt C. eod. l. fin. §. 1. & Inst. de hæred. qua. & dif. §. pen. & facit sup. de eden. l. si quis ex argentar. §. 1. fin. & l. seq. & C. de dila. l. 1. & inf. vt lega. no. cau. l. 2. §. si ei cui. & inf. de lega. 3. l. 11. §. 1. Si quis decem. & C. si sæptus. in integ. restitu. po. l. prima. & infra de bona. autho. iud. poss. l. fin. §. fi. & sup. de mino. l. si ex causa. §. fin. & l. sequenti.

3† Fl. adiecit.

* Concor. in c. pen. cũ glo. ext. de tẽpo. ord. & facit c. fin. de litib. rũ gl. fin. ibi. & hoc est generale. de dolo. & cõmu.

4† Fl. pauciores cẽtũ diebũ. Accu. Cur tãc autẽ in parati. ad hunc tit. fusius prosequitur. vbi ponit differẽtiam iuris deliberãdi. q̃ erat antiquitus. & quæ tpe Iustin.

5† Fl. deest. est.

6† Fl. datum.

7† Fl. dũ.

8† Fl. suadeatur.

9† Fl. &.

m *Debere*] statuendo diem adeundæ hæreditatis: vt inf. de cura. bo. dan. l. 1. de bo. authо. iu. poss. l. si semus. & sup. de hæt. instit. l. si quis instituatur. §. 2.

* *Hisque*

a *Hisque*] hæredi. & creditorib. ad quod inf. de acqui. hær. l. Aristo. & de bo. autho. iud. posl. fi. sed post additionem creditores non petunt instrumenta edi.

b *Instrumentorum*] hæreditariorum. vt d. l. Aristo. vel secundum quosdam existentium penes creditores hæreditarios, & facit quod not. su. de eden. l. 1 §. edenda. & de bon. autho. iud. posl. fi.

hisque [a] copiam instrumentorum [b] inspiciendorum facere, vt proinde 1† instituere se possint, expediat, 2†necne, agnoscere hæreditatem.

¶ Si maior [c] sit hæreditas, & deliberet 3† hæres, & res sint 4†in hæreditate quæ 5†tractu temporis deteriores fiant, 6† adito Prætore potest is, qui deliberat, sine præiudicio eas iustis pretijs vendere: qui possit etiam ea, quæ nimiũ sumptuosa sunt, 7† veluti iumenta, aut vænalitia, [d] itẽ ea, quæ mora deteriora fiant, vendere, quique præterea curaturus sit, vt æs alienum, quod sub pœna, vel 8†pretiosis pignoribus debeatur, soluatur.

1† F. perĩ de.
2† Fl. expedier.
3† F. deliberat.
4† F. sũt.
5† Fl. extractu.
6† F. sũt.
7† F. sint.
8† Fl. vel sub.

Caius li. 23. ad edict. prouin.

LEX VI.

IGitur [e] si quidem in hæreditate sit vinum, oleum, frumentum, numerata pecunia, inde fieri debebunt impendia si minus, à debitoribus hæreditarijs exigenda est 9† pecunia. Qđ si nulli sint 10† debitores, aut iudicem prouocent, vænire debent res superuacuæ.

9† F. de est. est.
10† Flor. sint.

Vlpianus lib. 60. ad edict.

LEX VII.

AIt Prætor. Si pupilli, pupillæve 11† nomine postulabitur § 12†ipse ad deliberandum, an expediat eũ hæreditatem retinere, & hoc datum erit, 13† si iusta cá esse videbitur, 14† bona interea diminui, nisi 15†ex cã cognita bona viri arbitratu, vetabo. ¶ Meritò Prætor impedit interim diminutionẽ, 16†quãdiu nomine pupilli petitur tempus ad deliberandum.

11† F. de est. ve.
12† F. posuauit.
13† F. sit.
14† F. videatur.
15† F. si sit.

¶ Quid sit aũt diminuiverabo 17†videamus. His aũt 18†verbis Prætor non tm̃ alienationẽ ipedit, verũ ẽt actiones exerceri [f] non patitur. Est. n. absurdũ, * ei cui alienatio interdicitur, permitti actiones exercere. & ita Labeo scribit.

¶ In causæ autem cognitione hoc veretur, an iusta causa sit, vt diminuere Prætor permittat. Ergo, & funeris causa diminui permittet: itẽ eorũ, quæ sine periculo 19† nõ possunt præteriri. Vescendi gratia æque diminui 20† permittet. Sed, & vbi vrget, 21† ex alijs quoq; causis permittere eum oportet: puta 22† vt ædificia farciantur, ne agri inculti sint, si qua pecunia sub pœna debetur, vt restituatur: ne pignora distrahantur. Ex alijs quoq; iustis causis Prætor aditus diminutionẽ ꝓmittet. Neque. n. sine permissu [g] eius debet diminutio fieri.

16† Fl. de minutionem, & ita semper pro. e.
17† F. vetauo.
18† F. de est, autẽ, & ꝑ verbis est retuis.
* Conco. gl. 1. prope fin. in ver. & dicit tex. in c. edocezi. ext. de reser. & gl. 1. in c. cõtingit. ext. detiã fac.
19† F. periculo.
20† F. de minui.
21† F. vrguet.
22† F. de est, puta.

Idem lib. 61. ad edict.

LEX VIII.

SI quis suus hæres postea q̃ se abstinuerit, tunc petat ipse addeliberãdũ, videamus, an debeat ipetrare. Magisq; est, vt ex cã debeat ipetrare: cũ nondum bona vænierint. [k]

Paulus lib. 58. ad edict.

LEX IX.

FIlius [l] dum deliberat, alimenta habere debet ex hæreditate.

a *Hisque*] hæredi. & creditorib. ad quod inf. de acqui. hær. l. Aristo. & de bo. autho. iud. posl. fi. sed post additionem creditores non petunt instrumenta edi.
b *Instrumentorum*] hæreditariorum. vt d. l. Aristo. vel secundum quosdam existentium penes creditores hæreditarios, & facit quod not. su. de eden. l. 1 §. edenda. & de bon. autho. iud. posl. fi.
c *Si maior.*] quam sint onerosa, vel i. quia multæ res sunt in ea. Accursius.
d *Vænalitia*] i. serui venales. & facit inf. de cura. bon. dan. l. 1. & de ven. in pos. mit. l. 1. §. mulier. & infra de acqui. hære. l. pro hærede. §. seruos. & sup. de pet. hæred. l. Diuus. in princ. & l. si bonæ fidei pos. & su. de ptoc. l. procuratorum. & inf. eod. l. ait Prætor. & sup. de fer. l. solet.
e *Igitur*] facit ad hoc. C. de bon. quæ lib. l. fin. & vt autem. & C. de admin. tut. l. lex. in fi. & l. seq.
f *Vetare*] i. vendi.
g *Ait Prætor.*] CASVS Filiũ meũ impuberem mihi hæredem instituí, & ei Titium tutorem dedi. datum est tutori nomine pupilli tempus ad deliberandũ. nunquid potest interim diminui de bonis hæreditarijs per tutorẽ? & dicit Prætor quod vetabit interim diminutionem, nisi causa cognita, & viri boni arbitratu fiat dicta diminutio. Vlpianus autem laudat illud, quod dixit Prætor, & vult similiter dicere quid contineatur appellatione diminutionis, per Prætorem veritæ, & certè per dicta verba non solum impeditur alienatio rerum, verumetiam exercitiũ actionum hæreditariarum. Item dicit dictus Vlpianus, quæ sit causæ cognitio, de qua Prætor mentionem fecit. Et dicit, ꝙ si iusta causa sit diminuendi, debet permitti diminutio, puta causa funeris. Item permittit causa eorum, quæ sine periculo non possunt præteriri, vt vescendi gratia, & vt ædificia hæreditaria farciantur, & ne agri hæreditarij remaneant inculti, & vt restituatur creditori pecunia, quæ ei debetur sub pœna, vel pignore. quæcunque autem dictarum causarum intercueniat, siue alia similis, dẽt cum permissu Prætoris fieri diminutio, & non aliter. Vlpianus.
h *Postulabitur*] per Prætorem.
i *Abstinuerit extrem*] sed in procuratore secus cui exercitium demandatum, nec tamen vendit, vt sup. de procur. l. procurator totorum. & in tutore. & curatore, vt su. de admi. tut. l. fin. Item in omni ecclesiastica persona, vt C. de sacrosanc. eccl. l. iubemus. Item quod hic dicit est verum, nisi sint res peritura, vt sup. eo. l. Aristo. §. 1. cum concor. & inf. hac l. & su. de peri. hære. l. Diuus. & inf. vt in pos. leg. l. si is cui. §. qui legatorum. & l. pen.
l *Permissu*] sed nonne alias vendit tutor sine iudice res, quæ seruari non possunt. vt C. de admin. tut. l. lex quæ. in fi. Respon. ibi erant pupilli, hic nondum. Item quare de pupillo specialiter dicit in princ. huius legis. cũ sup. l. 1. generaliter dixerat? Respõ. quod sibi plus permittitur, quia etiam causa vescendi. quod sup. non erat. Item siue erat hæreditas maior, siue non: quod supra in l. Aristo. §. 1. non erat, secundum Irneum.
k *Ilius.*] CASVS. Instituí mihi hæredem filium meum, quem habebam in potestate. me mortuo ipse abstinuit ab hæreditate mea: vendita tamen non fuerunt postea adhuc bona mea per creditores, nec alius hæreditatẽ meam adiuit postea adhuc: nunc petit dictus meus filius tempus ad deliberandũ, nunquid habere debet? Et dicitur, quod sic, & pendente deliberatione debet habere alimenta ex hæreditate, & h. d. cum l. seq Viuianus.
l *Fuerint.*] Nosuam repudiantem postea adire indistincte. Il bona sint in suo statu, vt hic, & C. de repu hær. l. fi. in prin. hodie maior intra triennium, nisi res alienatæ sint: minor habet triennium post vtilem annum, etiam rebus alienatis per in integrum restitu. vt C. eodem l. fin. Sed contra. huic, & illi. C. de iu. & fac. igno. l. 3. Solu. ibi tacendo: hic expresiè. Vel vetus, ibi erat substitutus, at legitimus suum non excludit, nisi post triennium hodie, vt argumen. sup. de mino. l. quod si minor. §. Scæuola, vel die, vt not. plenè C. de iu. & fac. igno. l. secunda. Item quid in emancipato? Item quid in materna hæreditate repudiata? Respon. vt no. C. de repudia. hæred. l. finali. & facit infra, ad Tertul. l. filij mater. §. primo, & infra, de ope. leg. l. mancipiorum, in fine. Item extraneus post repudiationem non potest adire, vt C de repudia. hære. l. sicut, nisi minor, in quo dic. vt sup. de mino. l. quod si minor. §. Scæuola.
l *Ilius.*] Aliud in extraneo, nisi sit pupillus. Ioan. vt sup. eodem. l. ait Prætor, & facit supra, de inoffi. testamen. l. si instituta. §. de inofficioso. Azo. & C. de ordin. cogn. lege finali. & supra, de petit. hæredita. lege hæres furiosi. §. sed & si quid. & infra, vt in posses. lega. lege, qui legatorum. Azo.

SI *plures*] CASVS. Institui mihi hæredem Titium, & substitui ei Seium, & decessi. postea periit primus tempus ad deliberandum, certè benè debet habere, & si deliberatione habita repudiet hæreditatē, & Seius substitutus petat similiter tempus ad deliberandum habere debet, dando enim Prætor tempus ad deliberandum etiā substituto, quam primū id est, citius inueniet successorem, qui respondeat creditoribus defuncti. Viu.

a *Si plures*] facit inf. tit. 2. l. quandiu institutus. & quod no. C. de cura. bon. dan. l. prima.

1† Fl. de est. de.

QVI *filium*.] CASVS. Titius habens filium impuberem ex ancilla sua, & sic suum seruum, manumisit eum, & ita effectus est libertinus. instituit dictus Titius sibi hæredem dictum suum filium impuberem, & libertinum, & postea ita dixit: si filius mihi nullus erit, qui in suam tutelam veniat, tunc Dama seruus meus liber, & hæres esto. & decessit dictus testator. quærebatur, an Dama liber esset ex dictis verbis testatoris? Et dicit Trebatius, quod non, ea ratione, quia filij appellatione libertinus quoq; prædictus filius testatoris continetur, & ipse libertinus erat pupillus. & sic in suam tutelā veniebat: ergo Dama non debet habere libertatem, cum testator ita dixerit, vt dictum est, si filius mihi nullus erit, qui in suam tutelam veniat, tunc Dama seruus meus liber, & hæres esto, & verum dixit Trebatius, si appareat ex aliquo iusto indicio testatorem de hoc filio locutum esse. Labeo autem voluit dicere contrarium: sed reprobata est eius sententia. Viuia.

2† Fl. Iauolenus, & sic sēper proba.

* Vide Alcia. li. 4. parer. ca. 5. & Iac. Cuiac. li. obsec. 3. ca. 37.

3† Fl. de est. & hæres.

4† Fl. de est. &.

5† Fl. contineretur.

6† Fl. apparet.

b *Qui filium*.] pupillum.

c *Libertinum*] habuit enim ex ancilla sua, vel ex aliena, & postea fuit manumissus, & sic non erat legitimus, sed naturalis.

d *Tutelam*] id est, adultam ætatem, vt inf. de lega. 3. l. cum filio.

e *Negat*] sc. eum statim liberum esse: nam hic articulus, tūc, extremum tempus significat, vt inf. de conditio. & demon. l. 4. §. fin.

f *Contineri*] no. appellatione filij etiam naturalis continetur, sic & inf. de leg. 2. l. Lucius, §. fi. & l. cum pater. §. volo, & inf. ad Trebel. l. hæredibus, §. fi.

g *Verum*] i. iustum & legitimum: sed hic non fuerat legitimus. ergo nullius erat filius, qui in suam tutelam venire posset.

Quando sunt plures gradus hæredum, cuilibet per se assignatur tempus ad deliberandum. Pau.

Marcellus lib. 28. Digest.

LEX X.

SI plures [a] gradus sint hæredum institutorum, per singulos obseruaturum se ait Prætor id, q̄ de [1†] præfiniendo tempore deliberationis edicit; videlicet, vt à primo quoq; ad sequētem translata hereditate, quāprimum inueniat successorē, qui possit defuncti creditoribus respondere.

Appellatione filij continetur naturalis in seruitute cōceptus, & in figura matrimonij. Pau.

Iabolenus [2†] lib. 4. ex poster. Labeo.

LEX XI.

QVI * filium [b] libertinum [c] habebat, hæredem eum instituerat, deinde ita scripserat. Si mihi filius nullus erit, qui in suam tutelam [d] veniat, tunc Dama seruus liber, & hæres [3†] esto: is filius pupillus, & [4†] libertinus erat, quærebatur si Dama liber esset. Trebatius negat, [e] quia filij appellatione libertinus quoque continetur. [f] [5†] Labeo contra, quia eo loco verum & filium accipi oportet. Trebatij sententiam probo, si tamen testatorem de hoc filio locutum esse appareat. [h] [6†]

DIGESTORVM
seu Pandectarum
LIBER XXIX.

De militari testamento.

TITVLVS I.

Vlpianus lib. 45. ad edict.

LEX PRIMA.

MIlitibus * liberam testamenti factionem primus quidem Diuus Iulius Cæsar cōcessit, sed ea concessio temporalis erat, postea verò primus Diuus Titius dedit, post hos [7†] Domitianus, [8†] & postea Diuus Nerua plenissimā indulgentiam in milites contulit, eamque, & Traianus secutus est, & exinde mandatis [i] inseri cēpit caput tale: *Caput ex mandatis*. Cum in notitiā [k] meam perlatum [9†] sit, subinde testamenta à commilitonibus relicta proferri, q̄ possint in controuersiam deduci, si ad diligentiā legum, & obseruantiam reuocētur, secutus animi mei integritudinem erga optimos, fidelissi mosque commilitones, [l] simplicitati eorum consulendū existimaui, vt quoquo modo testati fuissent, rata esset eorū voluntas. Faciant igitur testamenta quomodo volent, faciant quomodo poterūt, [10†] sufficiatque ad bonorū suorū diuisionem faciendā nuda [m] voluntas testatoris.

¶ Milites [n] autem appellatio. lege familiæ. Azo. & not. fidelissimos, aliàs secus, sicut in clericis, vt C. de episcopis, & clericis. l. generaliter. & infra eodem. l. testamenta eorum. in principio, & §. primo.

m *Nuda*] à solemnitate, & dic, aut est domi: & tunc iure communi, vt C. eodem l. penult. aut in prælio, & tunc etiam nullo vocato teste, vt C. eodem. l. milites, dum tamen duobus saltem testibus probetur, vt infra eodem. lege, Lucius, aut in tentorio, & tunc sunt duo vocandi, vt inf. eodem l. Diuus.

n *Milites*] alludit vocabulo sic inf. de acquir. poss. l. prima. in princip.

sed vnde videbatur, quod statim esset liber: sed contra est. vt subijcit. Et no. secundum Labeonem, quod appellatione filij legitimi tantum continentur, sic C. de insti. & substi. l. generaliter, §. fi. in eo, quod dicit, iusta subole, &c.

h *Appareat*] in dubio perpenditur hoc ex dignitate, & voluntate, & conditione eius, qui fideicommissum reliquit, vt inf. ad Trebel. l. ex facto. §. si quis, & facit ad l. istam supra de hæred. insti. l. quoties. in princ. Sed arg. contra in d. l. generaliter. §. fi. C. de insti. & substitu.

Fl. De testamēto militis.

DE MILITARI testamento.

¶ *Quia dixit in genere de testamentis, nunc in specie. sed in C. econtra. Rationem ponit Cuiac. in suis parat. ad hunc tit.*

* Militibus. ita demū si essent sui iuris. Sed D. Augu. id etiam filiisf. permisit. Insti. quibus non est permis. fa. test. qui locus cū isto sic videtur cōciliandus, quia in re castrensi valet ætas.

MIlitibus.] CASVS. Quia milites sunt simplices à legum obseruatione: ideo voluerunt Imperatores antiqui, & noui, quod rata esset eorum voluntas quoquo modo testati fuissent, etiam si nuda voluntas eorum sit in testamento. Secundo planè dicit vnde dicatur miles. Tertio dicit vnde dicatur exercitus. Quarto reddit rationem quare Prætor iratus est in Infortiato de testamentis militum separatim à testamentis paganorum, de quibus dictum est, scilicet quia cognouit Prætor ex constitutionib. Principum obseruari singularia iura, & propria in testamentis militum. & hoc dicit cum l. sequen. Vlpianus.

i *Mandatis*] Principum.

k *Cum in notitiam*.] alias cum innocentiam: alias cum in notitiam.

l *Commilitones*.] nota, quod appellat se militem. sic infra, de verborum significatio. lege familiæ. Azo. & not. fidelissimos, aliàs secus, sicut in clericis, vt C. de episcopis, & clericis. l. generaliter. & infra eodem. l. testamenta eorum. in principio, & §. primo.

7† Fl. post hoc.

8† Flo. de est. &.

9† F. prolatum.

10† Fl. poterint.

a *Millesimum*] quia de mille vnus strenuus eligebatur.

b DE *militum ideo*] sic infra, de iniu. Item apud. §. hoc edictum.

SI *miles*] CASVS. Quidam miles cum posset iure militari testari, cepit eo iure facere testm, quo pagani cõuen

1† Fl. vel à militia. Halo. aũt legit, vel à malitia vi. Alc. li. 1 termissa hoc ipso fit. à mollitia ar. p antiphrasim. militẽ. n. (inquit Sex Pomp. de verb. sign. li. 1.) Aeli à mollitia dictũ putat. q nihil molle sed potius asperũ qd gerat.

2† Fl. milites solẽt.

3† Eutro. in lib. 1. cẽ Rõ. de Romulo loquẽs milites inquit. pugnatores delegit quos a numero milites appellauit.

4† Fl. dictũ a græco verbo, tractum a tagmate.

5† *Quin*

Quin

F, *atque*

guis militũ militib. pecu. Q. Cur. hist. de Alli. 4

6† Flo. de militis testamẽto.

7† F. de fecerit.

Facit ad hanc l. c. cũ super Abbatia, cũ glo. fi. ext. de off. de leg. & ad ea. el. à Lyr. la. de Nig. in l. 1. § fugitiuo. ff. de verbo. obl.

lãt, vel à mollitia, 1† id est duritia quã pro nobis sustinent: aut à multitudine: aũt à malo, quod arcere solent: 2† aut à numero mille 3† hoium: dictum à græco verbo tractatũ χίλια. 4† nam Græci mille hominum multitudinem τέμος 5† appellant: quasi millesimum a quemq; dictum, vnde, & ipsum ducem χιλίαρχον appellant. b Exercitus autem nomen ab exercitatione traxit.

Caius lib. 15. ad edi. prouin.

LEX II.

DE militum testamẽtis 6† ideo b seperatim Procõsul edicit, quod optimè nouit ex constitutionibus principalibus propria atque singularia iuta in testamentis eorum obseruari.

Id quod ex nostra voluntate dependet, intelligimus facere omni iure, quo minus facere possumus. h. d.

Vlpianus lib. 2. ad Sab.

LEX III.

SI miles * qui destinauerat communi iure testari, ante decesserit 7† quam testaretur: Pomponius dubitat. c Sed cur non in milite diuersum d probetur? Neque enim qui voluit iure communi testari, statim beneficio militaris renunciauit. Nec credendus est quisquam genus testandi e eligere ad impugnãda sua iudicia: f sed magis vtroq; genere voluisse, g propter fortuitos casus: quemadmodum plerique pagani solent, cum testamentum 8† faciunt, per scripturã adijcere, velle hoc etiam vice codicillorum valere. h Nec 9† quisquam i dixerit, si imperfectum sit testamentum, codicillos non esse. Nam secundum nostram sententiam etiam Diuus Marcus rescripsit.

Idem lib. 1. ad Sabin.

LEX IIII.

IVre militari surdum, k & mutum testamentum facere posse ante causariam missionem l * in numeris m manentem, placet.

Idem lib. 4. ad Sabin.

LEX V.

MIlites et ijs, qui sibi 10† hæredes exti erint, 11† possunt substituere n in ijs duntaxat, quæ sunt ex testamento eorum consecuti.

Idem lib. 5. ad Sabin.

LEX VI.

SI miles vnum ex fundo hæredem scripserit, creditum o 12† quantum ad reliquum patrimonij, 13† intestatus decessisse. Miles enim pro parte testatus potest decedere, & 14† pro parte intestatus.

Inspicitur animus militis circa testamentum: vt non vũ patur agnatione: quod in pagano secus esset.

Idem lib. 9. ad Sab. *

LEX VII.

QVi iure P militari testatur, & si ignorauerit p-

1 *Sordem*]si. eum qui est surdus, & mutus, quid autem sit in pagano plenè dicitur. C. qui testa. fa. possl. discretis. & ẽ. de test. l. qui in potestate. 5. fi. & l. seq. H.

j *Missionem*]sed an post dicet vt Instit. eo. §. quinimo.

m *In numeris*]id est exercitu. & vi. nos inf. hoc titu. leg ex eo tempore.

SI in testamento ita scriptũ fuerit, Titius hæres esto: & [3†] si Titius hæres erit, Męuius hæres esto. & Titius omissa causa testamenti hæreditatem legitimam possederit: Mæuio aduersus eum petitio hæreditatis dari non debet [k] pro parte, quam habiturus esset, si testamenti causa omissa nõ fuisset. Cum.n. omisso testõ hæreditas possideatur, legatorum quidem, & libertatum, ratio habẽda est; quia aliter, quàm ab hærede dari non potuerunt: hæreditatis verò, quę ita data est, ratione adiecta, habens aliquam iustam causam (de quibus iustis causis dixi sup.eo.l. quia autem.§.quid de inde. ibi nonne effendit &c.) nunquid poterit petere dictus Mæuius dicta centum? Et dicitur quod sic. Vulgatus.

* De sensu huius l. vi. Vbe. Zuch. in l.1.n.74. C. qui ad mat.

[1†] Flor.si duo.& deinde dicto si, q̃ paulo post sequitur.deest.

[2†] Fl.possederit.

[3†] Fl.deest.&

d *Culpa*] non eſt bona ratio: quia & in legato eadem ratione poſſet obijci teſtatori, quod ea ab inteſtato non reliquit: imo non poſſet obijci, quia ſecundum hanc legem ab inteſtato non vălebat: vt Inſti. de fideicom. hæredi. §. præterea. ſed in fideicommiſſo benè obijci poteſt. Azo.

e *Libertatem.*] quoniam hanc ab hærede non debuit accipere, ſed à ſeipſo: vt §. de hær. inſtit. l. ſed & ſi conditioni. §. fi.

f *Non debet.*] Sed quare? nonne eam tueretur, & mentio hæreditatis habita non fuiſſet? Certè ſic, vt ſup. eo. l. de libertatibus. in princ. perdit ergo, quia plus eſt ei datũ? Reſpon. imò perdit, ideo quia teſtator eã voluit à ſeipſo conſequi libertatem ſub cõditione. §. ſi Titius hæres eſſet: vt d. l. ſed & ſi conditioni. §. fi.

d *Ei.*] ſ. ſeruo.

e *In poteſtate*] vt C. de impube. & aliis ſubſſit. l. 3. & ſup. tit. 2. l. filium.

f *Dari*] contra. ſup. eo. l. ſi non ſolus. §. 1. Sol. ibi vterq; poſſidebat, hic alter tãtum: ſed ſecundum hoc illius legis tõ nihil valeret: quare dic, q hic omiſit iuſta cauſa: vt arg. §. de leg. 1. l. filio pater. vel hic iuſta eã adijcitur, vnde contrarium euitatur. Azo quæ ſit iuſta cauſa, dic vt ſup. eo. l. excuſatus. & l. qui autem. §. planè. Accurſius.

Si filius.] CASVS. Ego habẽs filium emancipatum, & filium, & filiam in poteſtate, inſtitui mihi hæredes filium, & filiam, quos habebam in poteſtate, & legata ab eis reliqui, & emãcipatũ præterij, & deceſſi. filius & filia inſtituti omiſerũt ex teſtõ, & adierũt ab inteſtato. certè legata oĩb. præſtabunt a ſe relicta. non ſolũ liberis, & parẽtibus, quibus ego legata ab eis reliqueram, ſed etiam extraneis perſonis, quib. legaueram. imputatur. n. eis, q non petierunt ℈ tab. cum emancipato. quo caſu non præſtitiſſent legata, niſi liberis & parentib. Sed nunquid in prædicto caſu cũ omiſerunt ex teſtõ, & adierunt ab inteſta. conferet dicta filia dotem, quam ego ei dederam, fratri ſuo, qui ſecũ omiſit? Et dr quod non: quia ſecundũ has leges non habet locũ collatio ex teſtõ. ipſa aũt quæ omiſit ex teſtõ (vt dictum eſt) videtur habere hæredi. ex teſtamento & non ab inteſtato, per iſtud edictũ. h. d. Vlp.

g *Acceperint*] filius & filia inſtituti. Azo. & etiam emancipatus vnà cum eis ſecundum Iac.

h *Omnibus*] non obſtat ſup. eo. l. quia autem. §. penul. vt ibi no. Et no. hic breuiter, ſuum inſtitutum, præterito emancipato, & petente ℈ tabu. habere tria remedia. nam adire põt ab inteſtato: & quia tunc facit in fraudem, omnib. præſtat legata: vt hic. & hoc ſi cohæredem non habet: alioquin cohæredi accreſceret. Item põt adire ex inſtitutione: & tenebitur tunc in partẽ adſcriptam, niſi maior ſit virili: & præſtet omnib. legata. Item bonorũ poſſeſſionem ℈ tab. põt petere: & tunc tenebitur in virilem. & certis tantum perſonis præſtabit legata. ſed hoc fortè de accreſcenti portione. Sed nunqd de adſcripta præſtabit oĩb. & ſecundum Azo. dubitari põt. & facit ℈. de leg. põſtan. l. is, qui. §. vbi verò. Sed illic. §. ſed ſi ſcriptus. ℈. l. is, qui. de leg. præſtã. eſt cõtra hæc quæ dicta ſunt. Sed ibi ſolvit. Hug.

i *Conferet*] quia quæ ſi adiiſſet, præſtat legata: ex teſtõ autem ſecundum hanc legẽ non fiebat collatio: vt C. de collat. l. 1. hodiè ſecus: vt in auth. ibi poſita.

Si dolo tutoris.] CASVS. Filium meũ impuberem inſtitui mihi hæredem: & legata ab eo reliqui: & dedi ei tutorem Titiũ: & deceſſi. poſtea dictus tutor in fraudem legatariorũ fecit pupillũ omittere ex teſtõ, & ab inteſtato hæreditatẽ poſſidere. certè danda eſt actio legatorũ in pupillũ eatenus, quatenus hæreditas ei acquiſita eſt ab inteſtato. ſi. n. poſſidet cum alio legitimo hæreditatem ab inteſtato, non debet teneri legatarijs, niſi pro parte, quam poſſidet. Et ℈ dixi in pupillo, habet locum etiam in impubere, qui dolo curatoris omiſit ex teſtamento, & adiuit ab inteſtato. Vinian.

k *Acquiſita eſt*] dic, ſecundum Iac. aut delinquendo: & in nihil tenetur pupillus: vt C. vnde vi. l. meminerint. & de reg. iu. l. nec, §. aut contrahendo: & tunc in ſolidum, etiam ſi nõ eſt ſoluendo tutor: vt C. de eui. l. illud. & C. de ijs qui vt indig. l. Iolla. adminiſtrare. n. tenetur. aut medium inter hoc: & obtinet, quod hic, & ℈. nec vis fiat ei. l. 1. §. hoc edictũ. Iac. Itẽ facit ℈. de do. excep. l. apud. §. illa. & ℈ de tributo. l. 3. §. 1. in maiore cõſtat, quod tenetur in ſolidum: vt ℈. eo. l. ſi non totam. & l. 1. §. pen. Acc.

Vi ſeruus.] CASVS. Inſtitui mihi hæredem Titium. & ab eo legata reliq. & eidẽ Titio ſubſtitui Stichũ ſeruũ ſuum: & ab eodẽ Stichio legata reliqui ſimiliter, & deceſſi. & poſtea Titius omiſit inſtitutionẽ ſuã, & iuſſit ſeruũ ſuũ adire ex ſubſtitutione. & hoc ideo facit, qa nolebat præſtare legata à ſe relicta. Certè dicitur hic, quod vtraque legata præſtabit. ſ. & relicta à ſe, & relicta à ſeruo ſuo: detrahet tamen Falcidiam de legatis, ſi ſunt vltra dodrantem. Vinian.

l *Cui*] ſcilicet inſtituto.

m *Inſtit.*] inſtituti.

LEX XXIII.

SI filius, qui manſit in poteſtate patris, item filia hæredis inſtituti, præterito fratre emancipato, qui contra tabulas bonorum † poſſeſſionem accipere potuit, vt inteſtati patris bonorum poſſeſſionem acceperint, § legata omnib. h præſtabunt: nec dotem ſuam filia fratri conferet: i cum vt ſcripta videatur hæreditatem habere.

Pupillus ex hoc edicto non tenetur, niſi in eo quod ad eũ peruenit ex facto tutoris: idẽ in adulto. Bar.

Paulus. ℈ †

LEX XXIV.

SI dolo tutoris omiſerit pupillus cauſam teſtamenti, & legitimam hæreditatẽ poſſideat, danda eſt legatorum actio in pupillum: ſed eatenus, quatenus hæreditas ei acquiſita eſt. k Quid enim ſi cum alio poſſideat hæreditatem? Sed hoc & in eo, qui pubes eſt, pleriq; putant obſeruandum, vt pro qua parte poſſideat, teneatur: quamuis Prætor perinde in eum det actionem, atque ſi adijſſet hæreditatem.

Qui omittit ex inſtitutione ſua, & adit ex ſubſtitutione ſerui, hoc edicto tenetur. Bar.

Celſus lib. 16. Digeſt.

LEX XXV.

CVi l ſeruus ipſius m ſubſtitutus erat, ſeruum ſuũ

1 † Parẽtes ℈ ſi inclusi ſunt.

2 † Fl. de ℈ bonorũ, & paulò poſt eũd.

3 † L. 1. ℈. ad edict.

a *Legata*] à se relicta.
b *Et quia hæres est*] scilicet ex substitutione, præstat à substituto data.
c *Ex testamenti*] in quo erat institutus: & ideo tenetur ad relicta à se, ac si ex testamento adijsset.
d *Salua Falcidia*] ex legatis à seruo relictis, sic non obstat. l. proxi. vel aliter. id est salua Falcidia, quam detrahit nomine serui. Hug. & facit sup. eod. l. duo. §. fi. & C. eo. l. fin.

1 † Plo. quà. vide Ant. Aug. li. 1. emē. c. 2.

adire iussit. Si idcirco fecit, ne legata a præstaret, vtraque præstabit: & quia 1 † hæres est, b & quia omissa cá testamenti c possidet ex substitutione hæreditatem, Salua Falcidia d ei seruata.

Qui omittit ex institutione, & sibi quærit ex substitutione, tenetur hoc edicto: nisi sit substitutus filio suo: & relicta ex substitutione prius de falcantur. Bar.

Papin. lib. 16. quæst.

LEX XXVI.

IVlianus scribit, patrem, e qui filiam sibi substituram iussit f adire hæreditatem, legata, quæ ab ipso data sunt, ex sententia edicti præstaturum: quoniam filia patri substituta videtur esse, non vt arbitrium eligendi relinquatur. g Si varia legata si pra dodrantem data h sint, eorum ratio prius i habenda,

[illegible] adire hæreditatem, legata, quæ ab ipso data sunt, ex sententia edicti præstaturum: quoniam filia patri substituta videtur esse, non vt arbitrium eligendi relinquatur.

quæ à filia relicta sunt. Non enim k caret dolo pater, qui honore l proprio omisso, propter compendium m alienam institutionem n maluit.

¶ Denique o si filiæ pater substitutus adijt p hæreditatem, nihil eum dolo facere Iulianus existimat: quia nemo filiæ patrem contra votum q parentum substituere videtur: sed vt arbitrium eligendi relinquat.

Idem lib. 6. Respons.

LEX XXVII.

MAter secundis tabulis impuberi filio substituta, locum edicto facit, si omisso testamento legitimam r hæreditatem filij possideat. Idē iuris erit, & si filio cohæres 2† data sit, & substituta.

Qui non implet conditionē potestatem non diuertam, & ideo ab intestato, non tenetur hoc edicto. Bar.

patrem. l. prius ea debent solui. & hoc est, quod dicitur infra d legem Falcid. l. Nescanius. §. penult. Item contra sup. l. proxim. Sol. ibi. Hug.
K *Non enim*] meritò patet, ex edicto tenetur: non enim caret, &c.

l *Honore*] id est institutione, qua fuit honoratus pater.
m *Compendium*] scilicet non præstando rum legatorum à se patre relictorum. Accursius.
n *Institutionem*] id est, substitutionem.
o *Denique*] benè infert, denique, &c. cū enim puniatur, vt dixi: tunc demum, cum proprium omittat honorem: ergo vbi non omittit, non tenetur. vbi autem omisit institutionem filij, suū honorem non dimisit, sed filio habitum. infr. de leg. præstan. l. 3. §. hoc autem solum.
p *Adijt*] ex substitutione. Azo.
q *Votum.*] Natura enim ita ordinauit, quod liberi parentibus secundi in suum votum succedant: & 2† Fl. hfs. ideo testator videtur patrem substituisse, vt haberet arbitrium adeundi, ex quo vellet. si autem testator intellexisset, quòd tunc demum pater admitteretur, si filia non esset hæres: videretur sentire, quòd pater possit filiam retinere: quod est contra votum parentum: vt inf. vnde libe. l. scripto. in fine. & sic not. quod propter patriam aliter hic statuitur, quàm superiori casu. sic in fra. de condit. & demonst. l. cum tale. & not. hac lege honorem * lucro præferendum. idem de voto parentum. * Honor lucro ꝑſe rēdus. vi. Parid. à put. de remili. n. 5. imò vita carior est. & vitæ ꝑferē vt in Ind. Tra. in verb. Honor

M*ater.*] CASVS. Filium meum impuberem institui mihi hæredem, & matrem suam ei pupillariter substitui. & ab ea legata reliqui & decessi, & postea impubes decessit in pupillari ætate: mater autem 3† fuit ei succedere ex substitutione: sed ab intestato cœpit eius hæreditatem possidere. certè tenebitur legata præstare. & idē esset, si eam dedissem cohæredem dicto filio: & eam ei substituissem pupillariter.

¶ *In testamentum.*] Titius frater meus instituit sibi hæredem filium suum impuberem nomine Seium, & ei pupillariter substituit filium meum sub conditione, si à me foret emancipatus intra decem dies post mortem suam testatoris: & à dicto meo filio legata reliquit in substitutione: & postea decessit dictus Titius: & postea ego non emancipaui dictum meum filium intra dictum terminum, & ita feci deficere conditionem substitutionis, & postea cœpi possidere bona fratris mei ab intestato propter dictum meum filium. nunquid teneor præstare dicta legata à filio meo in substitutione relicta? Et dicitur quod non. potestas enim patria, quam habebam in dictum meum filium substitutum filio fratris mei sub conditione, si eum emanciparem, est inæstimabilis. Ind. Tra. in verb. Honor
¶ *In eum qui.*] Instituí mihi hæredes Titium, & Seium, & legata ab eis reliqui: venit Caius, & iniit fraudis cōsilium cum dictis meis hæredibus, ita quod ipsi omiserunt ex testamento: & ipse cœpit possidere totam hæreditatem ab intestato. certè dabitur contra eum actio legatorum, non ex verbis, sed ex sententia Prætoris. Vlpianus.

a *Legata*] à se relicta.
b *Et quia hæres est*] scilicet ex substitutione, præstat à substituto data.
c *Ex testamenti*] in quo erat institutus: & ideo tenetur ad relicta à se, ac si ex testamento adijsset.
d *Salua Falcidia*] ex legatis à seruo relictis, sic non obstat. l. proxi. vel aliter. id est salua Falcidia, quam detrahit nomine serui. Hug. & facit sup. eod. l. duo. §. fi. & C. eo. l. fin.
e *Patrem*] instituum.
f *Iussit*] in fraudem legatorum à se patre relictorum.
g *Ita si*] alias in testamento, & alias in casu, scilicet proposito, quasi substituta fuit, vt si pater nollet, vel non posset esse hæres, ipsa esset substituta: non autem vt pater habeat electionem, an velit esse hæres per se vel filiam, id est, per institutionem, vel substitutionem.
h *Data.*] i. aliqua à patre, & alia à filia: & si omnia soluantur, excedent dodrantem.
i *Prius.*] quantum ad hoc, vt ex eis Falcidia detrahatur: sed de relictis à patre non detrahitur. sed quantum ad solutionem faciendam prius est habenda ratio relictorum à

k *Non enim*] meritò patet, ex edicto tenetur: non enim caret, &c.
l *Honore*] id est institutione, qua fuit honoratus pater.
m *Compendium*] scilicet non præstando rum legatorum à se patre relictorum. Accursius.
n *Institutionem*] id est, substitutionem.
o *Denique*] benè infert, denique, &c. cū enim puniatur, vt dixi: tunc demum, cum proprium omittat honorem: ergo vbi non omittit, non tenetur. vbi autem omisit institutionem filij, suū honorem non dimisit, sed filio habitum. infr. de leg. præstan. l. 3. §. hoc autem solum.
p *Adijt*] ex substitutione. Azo.
q *Votum.*] Natura enim ita ordinauit, quod liberi parentibus secundi in suum votum succedant: & ideo testator videtur patrem substituisse, vt haberet arbitrium adeundi, ex quo vellet. si autem testator intellexisset, quòd tunc demum pater admitteretur, si filia non esset hæres: videretur sentire, quòd pater possit filiam retinere: quod est contra votum parentum: vt inf. vnde libe. l. scripto. in fine. & sic not. quod propter patriam aliter hic statuitur, quàm superiori casu. sic in fra. de condit. & demonst. l. cum tale. & not. hac lege honorem * lucro præferendum. idem de voto parentum.
r *Legitimam*] per Tertullianum.

Frater.]

a *Frater*] teſtatoris.
b *Subſtitutum*] ſub conditione ſi eſſet emancipatus intra decem dies. Accur.
c *Impubere*] filio fratris.
d *Sed ab inteſtato*] deſectam conditione, non interim dum pendet: vt ſ. de legu. iur. l. quamdiu. Accur.
e *Per eum*] filium. Sed nonne ipſe patet præcedit filiũ in gradu: & ſic in ſuccedendo? ſed dic. & ipſum repudieſſe Item contra ſup.eod.l. 1.§. qui ſub conditione. Solu. patria poteſtas * inæſtimabilis eſt, vt inf. de lega.1.l.filiusfam. §. ſecundũ vulgatem, & eodem modo ſoluitur,ſup.eodẽ lege ſi filius meus. l'ẽ cõtra. C. de inofficio.teſtamen.l. filius. Solu. ibi nolebat accipere ex teſtamento, cum non impleta eſſe cõditio: hic ab inteſtato defecta conditione facit inf. de cõditio. & demonſtrat. l. ſi cui.
§ *Sed* ſeem ſi cum hæredibus poſſideat: vt ſup.eo.l. ſi nõ ſolum in princ. an autem, & omittens in ſubſidium teneatur? diſtingue, habeat prætium, vel non. vt ſup.eo.l. licet.
Si ſeruum] CASVS. Titius inſtituit ſibi hæredem ſeruum meum, & à me domino reliquit fideicommiſſum Seio, & poſtea deceſſit dictus Titius: & antequam ego iuberem adire dictum meum ſeruum, vendidi eum Sempronio, nunquid debeo præſtare dictũ fideicommiſſum Seio? & dr quod ſic: & ſi ſim perſecutus hæreditatis æſtimationẽ per prætium ſerui.
¶ *Inſtituat*] Inſtituit mihi hæredem Titium, & rogaui eũ quod reſtitueret hæreditatem Seio, & deceſſit: ipſe autem Titius, omiſſa cauſa teſtamenti, cœpit hæreditatem ab inteſtato poſſidere, nunquid teneatur reſtituere hæreditatem Seio? Et dicitur quod ſic. ſic etiam teneretur præſtare legata, & fideicommiſſa, & libertates. Sed, & ſi rogaui eũ vt manumitteret ſeruos alienos, teneretur eos redimere, & manumittere: & non debet remanere aliquod commodũ, vel incommodum apud dictum hæredem ex dicta hæreditate: ſed dẽt tranſire ad fideicommiſſarium cui reſtituta eſt hæreditas. Sed nunquid dicti ſerui, quos dixi hædẽ debere manumittere, eiũt eius liberti? Et dr quod ſic. Item, quid ſi dictus hæres qui omiſit ex teſtamento, non poſſidet hæreditatem ab inteſtato, nec pro hærede, nec pro poſſeſſore, ſed poſſidet aliquo iuſto titulo puta pro emptore, vel pro dote, vel pro donato? numquid poteſt conueniri a legatarijs? Et dicitur, quod non, de h.d.cum duab.legib. ſeq. Viu.
g *Rogatus*] ſi autem ſeruus rogatus fuiſſet, directò ab emptore peti poſſet; hic autem non poteſt: qa ſeruus rogatus non fuit. Azo. & facit ſi. de leg.1.l. planè.§. 1. & l. cum filio. & de legat.2.leg.ſi alicuius ſeruus.
h *Hereditatem quæque*] videbatur enim quod hic cui hæreditas reſtituenda erat agere ex hoc edicto non poſſet: & qa alia via eſt ei conſulti. ſ. per Trebel. vt cogat hæredem adire; vt ſ. eod.l. ſi quis omiſſa. cum ſuis concord. & qua fideicommiſſarius * loco hæredis eſt: vt Inſti. de fideicom.hæred.§. reſtituta & ſ. de regu iur l. in pari §.1.& ad Trebell.l.1.in princ. hæredi autem hoc edictum non proficit: vt ſup.eo.l. ſi in teſtamento. ſed tamen ſecus eſt, quia non per omnia vt hæres cenſetur, quia nec iura ſepulchri habet, vt inf. ad Trebel. l. quia per inde.§.1.
i *Fideicommiſſaria*] vt ſup.eod.l.de libertatibus.
k *Redimere eos debebit*] & manumittere.
l *Deceſſionem*] i. diminutionem propter prædicta, vel propter alia hæreditaria onera, & facit infra, ad legem Falcidiam. l. filius familias. & C. eo.l.2.
m *Hæreditas*] per Trebellianum.
n *Qui omiſſa. Neeis*] ſcilicet ſeruis, vt ſupra, de alie.iud.l.1. in princ. & ſi quis cau. l. 2.§. poſt. & infra, de ſepar. lege prima. §. ex contrario. & infra de regu.iur.leg. non debet.
o *Qui omiſſa. Pro donato*] quia eſt illi ab aliquo donata hæreditas, ſecus autẽ ſi ex ſe lucratur etiam ab inteſtato, vt ſup.eod.l.licet.in fi.& facit ſup.eo.l.1. §. non quærimus.

¶ In ſententiam edicti propter legatorum cauſam frater [a] incidiſſe non videbatur, qui filium ſuum ſubſtitutum [b] impuberi [c] teſtamento fratris non emancipauit: ſed ab inteſtato [d] per eum [e] bona poſſidere cœpit.

Tertius poſſidens ab inteſtato tenetur hoc edicto, ſi cum inſtituto participauit fraudem. Bart.

¶ In eum qui teſtamento ſcriptus hæres non fuit, ſi fraudis conſilio cum hæredibus ſcriptis participato legitimam hæreditatem ſolus [f] poſſideat [g] actio legatorum ex ſententia Prætoris dabitur.

Qui habet prætium, videtur habere hæreditatem: ideo vel ita à ſe præſtare tenetur. Bart.

Terentius Clemens. [1†]

LEX XXVIII.

SI ſeruum hæredem inſtitutum dominus qui ipſe rogatus [g] fuerat fideicommiſſum præſtare, priuſ quã adire iuberet, vendiderit; præſtare id debet: cum per pretium ſerui, hæreditatis quoq; æſtimationem conſequatur.

Fideicommiſſa vniuerſalia conſeruantur per hoc edictũ, ſalua Trebellianica. Bar.

¶ Inſtitutus hæres, & rogatus reſtituere hæreditatem, ſi, omiſſa cauſa teſtamenti, legitimam hæreditatem poſſideat: non dubiè, vt legata cæteraq; fideicommiſſa, ita hæreditatem quoque [h] reſtituere compellendus eſt, libertates quoque tam directas, quàm fideicommiſſarias [i]. Sed ſi alienos ſeruos rogatus ſit manumittere, vtique redimere eos debebit. [k] eam autem deceſſionem, [l] quam is qui reſtituit, paſsurus fuit, patietur is, cui reſtituta fuerit hæreditas. [m]

Per hoc edictum conſeruantur libertates ſaluo iure patronatus. Bart.

Vlpianus lib. 5. fideicommiſſorum.

LEX XXIX.

QVi omiſſa cauſa teſtamẽti ab inteſtato poſſidet hæreditatem, ſeruos ad libertatem perducere debet: ne eis [n] factum noceat eius, qui ex teſtamento adire noluit: ſic tamen, vt habeat libertos. [o]

Qui omiſit ex teſtamento, & poſſidet aliquo iuſto titulo inter vinos, non tenetur hoc edicto. Bar.

Hermog.lib.3.iuris epito.

LEX XXX.

QVi omiſſa cauſa teſtamẽti, pro emptore, vel pro dote, vel pro donato, [o] ſine alio quolibet titulo, exceptis pro hærede, & pro poſſeſſore, poſſidet hereditatem à legatarijs, & fideicommiſſarijs non conuenitur.

De Senatuſcõſulto Syllaniano [2†] & Claudiano: & quorum teſtamẽta non [4†] aperiantur.

TITVLVS V.

Vlpia.lib.50. ad edict.

DE SENATVSCONSVLTO SYLLANIANO & Claudiano: & quorum teſtamenta non aperiantur.

Et hoc tit. punitur hæres ſi adeat ante quæſtionem habitam à familia, & ab hoc tit. incipit tractare de hæreditate, quæ vt indigno auferatur, vt in hunc tit. ponit Cuiac. in ſuis paratitl. vbi de ordine, & confirmatione huius. Sic.

[1†] Fl. de eſt. &.
[2†] Alias, Sylleiano Huius Senatuſconſulti meminit. Cor. Tacit. li.14. Cui. obſeru. li. 1. c. 18.
[4†] Fl. non pro, non.

Cum aliter] CASVS. Titius habens familiam, si eorum fuit interfectus, vel à domesticis, vel ab extraneis, certè serui debent torqueri ad inquirendam veritatem: & si non dederint auxilium domino, debent puniri capite. nulla enim domus esset tuta, nisi talis pœna imponeretur seruis interfecti dñi. & cõtinet appellatione dñi illeq̃ habet solũ ꝓprietatẽ in seruis: nõ aũt illeq̃ possidet seruũ alienũ bona fide, nec ille, qui vsumfr. solum hẽt in seruo. Sed si dedit seruũ pignori hũ dñs, ille q̃ obligauit. Sed & si ab eo q̃ instituit illũ, qui mõ est interfectus, hĩdem, sit legat⁹ seruus alicui sub condi. pẽdẽte cõdõne loco dñi est ille q̃ mõ est interfectus & idẽ est, si data sit seruo libertas sub cõdi. secus aũt in eo seruo cui data est, fideicõmissaria libertas: nisi ipse seruus fuisset particeps sceleris. qa tũc bene torqueret. Item continet appellatione dñi ille q̃ pro parte est dñs. & filius, & alij liberi illius cuius est seruus, siue sint in pũte, siue nõ. idẽ est si essent adoptiui. secus aũt si essent dati alij in adoptionẽ. Itẽ si ceperit alumno illius cuius est seruus: quia in eis nõ hẽt locũ Senatusconsultum. Itẽ filio occiso nõ hĩ qõ de seruis matris. Sed pone quod pr̃ meus fecit testm, & instituit me hĩdẽ: & seruos suos quosdã puerè legauit vel manumisit: & postea fuit ab hostib. captus: & eo existente apud hostes, ego fui occisus. numquid torquebuntur dicti serui? Et videtur quod non: quia pater meus videtur mortuus prima hora captiuitatis: & ita vi, quod ego sim eius hæres. & ita vi q̃ dicti serui sint liberi, vel sint filius, cui legati fuerunt. Et ita vi quod tpe quo fui occisus, ipsi non fuerunt mei. dr tamen hic quod bene debent torqueri: quia ego non sum adhuc hæres patris mei, cum ipse adhuc viuat apud hostes. sed & si dictus meus pater sit mortuus apud hostes, & ego filius ab eo emancipatus sum occisus antequã ei hæres existam, idem erit dicendum. s. vt dicti serui torqueantur. quãuis. n. si non essem occisus, dicti serui non essent mei futuri ex eo q̃ ego essem hæs patris mei, sicq; recta via tã fuissent ad eum, ui pr̃ meus eos purè legauerat, vel essent liberi, cũ pr̃ meus dedit eis libertatẽ purè, sicq; non deberẽt torqueri pp mortem meam: tñ ex quo occisus fui ante aditam à me hæreditatem, remanserunt serui in hæreditate: & ita debent torqueri. Scias ẽt, quod patre meo occiso, serui mei existentis peculij torqueri debẽt, siue eram in pũte dicti mei patris, siue non. Item, & si ego sim occisus, serui vxoris meę, & soceri mei debent torqueri. & idem est econtra vxore mea occisa. h. d. vsq; ad §. occisorum. Vin.

a *Cum aliter nulla domus*] quæ debet esse tutissimum cuiq; refugium, vt sup. de in ius voc. l. plerique.

LEX PRIMA.

CVm aliter nulla domus [a] tuta esse possit, nisi periculo capitis [b] tui dominis custodiam, tam à domesticis, [c] quàm ab extraneis præstare serui cogantur: ideo Senatusconsulta introducta sunt de publica quæstione à familia necatorum [d] habenda.

¶ Domini appellatione continetur, qui habet proprietatem, etsi vsusfructus alienus sit. [e] Qui seruũ bona fide possidet, domini appellatione non continetur: nec qui vsũfructum solum habet. Seruus pignori datus, quod attinet ad debitoris necem, perinde habetur, atque si pignori datus non esset. [f]

¶ Serui appellatione etiã ii continentur, qui sub cõditione legati sunt. nam medio tẽpore hæredis sunt: [g] nec q̃ cõditio existens efficit, vt desinant esse hæredis, facit ne videantur interim eius esse. Idẽ que erit dicendum in statulibero.

¶ Sed in eo, cui fideicommissaria [1] † libertas pure debetur, extat rescriptum Diui Pij ad Iubentium Sabinum, quo ostenditur non esse seruum dum ad tormenta eius, cui fideicommissaria [2] † libertas debetur. Et magis est ne puniatur [h] ob hoc quòd sub eodem tecto fuit: nisi particeps sceleris fuerit.

¶ Domini appellatione etiã pro parte dominum [i] contineri dicendũ est. Domini appellatione ẽt filijfam. cæteriq; liberi, qui in pũte sunt, cõtinẽtur. [k] Syllanianũ enim Senatusconsultum non solũ ad patresfam. verũ ad liberos quoque pertinet. Quid deinde dicemus, si liberi non sint in pũte? Marcellus lib. 12. Digestorum dubitat. Ego puto plenius accipiendum, vt etiã ad eos liberos pertineat, qui in potestate [l] non sunt.

¶ In eo [m] autem 3† qui est in adoptionem datus, [n] non putamus locũ habere Senatusc. cõsultum, [o] quamuis in adoptato Plocum habeat. Sed nec in alumno occiso locus est Senatusconsulto.

¶ De matris seruis, filio filiaue occisis, qõ nõ habeã. q 4†

¶ Si pater ab hostibus captus sit, quæstionem de seruis habendam, & supplicium filio occiso, eleganter Scæuola ait: quod etiã post mortẽ patris probat, si ante quàm suus ei hæres exiitat, occisus fuerit.

b *Capitis*] vt inf. eo. §. potuisse.

c *A domesticis*] id est, qui sunt de familia. Nam, vt ait Boetius: Nulla pestis efficacior est ad nocendum quàm familiaris inimicus.

d *Necatorum*] nomine. & die torqueri a familiam nomine necati. s. à quocunq; vt ff. proxi. Vel dic: fit qõ. s. familiæ. i. tormẽta ad eruendã veritatẽ nõie necati. sa milia. & subaudi, vel ab alio necati. vt pater. ff. proxi. & l. sequẽtib. nõ dicas, vt alius qui nõ sit de familia torqueatur. vt ff. eod. l. A. in eo. & §. de matris. e *Alienum sit*.] ad hoc inf. de leg. 3. l. si quis suos. & ff. de aequi. hær. l. si quis mihi bona. in prin. & ff. de iniur. l. itẽ apud §. si vsumfructum. & supra qui satisd. cog. l. faciendum. §. 2. & 3. & sup. de scli. l. 2. §. 1. Sed arg. contra. ff. de reb. eorũ. l. magis. §. 1. & ff. de adul. si postulaverit. §. de de co. & inf. de lega. 3. l. si quis suos. & ff. de noxa. l. quoties. §. 1.

ADDITIO. Dic quod bonæ fidei possessor hĩ loco dñi, vt ipse, vel hæres eius si possit dicere se non dñm. nec alius, cuius interest, donec ꝓbet: vt l. quidam in suo. in fi. de cõdi. insti. & l. Titia. ff. de sol. & ita loquuntur ista cõtuaria: sed post quã detegerei a alio, quod non sit dñs, loco dñi non hf. & ita loquitur hic. *Sm Bar.* f *Datus non esset.*] ũc supra qui satisd. cog. l. faciendum. §. creditor. g *Hæredi sunt.*] vt ff. famil. ercisc. l. post item. §. res quæ. Sed arg. contra. ff. ad leg. Falc. l. in ratione. §. 1.

ADDITIO. Dic, *Sm Bar.* quod ibi verè nulla est fictio: vt per eundem in l. si is qui pro eo prore. ff. de vsuc.

h *Ne puniatur.*] s. capite. & facit C. de quæstio. l. nec si mors. & inf. l. ff. §. de his quoque. & sup. de hæred. insti. l. si seruo fideicommissaria. alias fideicommissa.

i *Pro parte dominum.*] sic sup. de ritu nup. l. illud. & inf. ad l. Fal. l. statuliber.

K *Continentur.*] in his deest sola administratio: vt sup. de scli. & post h. l. in fuis. & facit ff. eo. l. si pater. & l. si exhæredatus.

l *In potestate.*] natura enim repelli non potest: vt Instit. de hær. ab intes. §. eadem. & facit inf. tit. ad. l. §. 1.

m *In eo.*] occiso.

n *Datur.*] à me alij.

o *Senatusconsultum.*] vt mei serui torqueantur tanquam sui, & puniantur.

p *In adoptato.*] à me occiso scilicet.

q *Non habetur.*] quia filius est de patris, & non de matris familia: a. vt Insti. de legi. agn. tut. §. 1. non autem est hic quia filium in potestate esse oportet: vt sup. eo. §. quid deinde dicemus. & facit C. de adult. l. verba.

r *Probat.*] Scæuola. mouebat hic qõnem. secundum R. illud, quod patre capto filius pro certo mondum erat hæres.

1 † Fl. fideicommissa.

2 † Fl. fideicommissa

3 † Fl. adoptatus.

4 † Fl. habebitur.

1 Idẽ dicendũ in cõiũctis, nã persona cõiũcta ꝓ altera torqti pt. etẽ testis ꝓ alia. ff. eq; cõiunctam. Bar. in l. reperi. §. de qõne. id est, de q. Bald. Dost. in c. postremo. de appel.

a Limita his hanc gl. & suas cõcor. per tex. in l. nati. C. de Dec. li. x. s. vt non procedat si mf est ex nobili familia, si vero ex vili: de quo in l. filios. C. de in. & ons. in

a *Constantius*] ergo quod dixi, mouebat quæstionem, secundum R.

b *Instituto filio*] emancipato. suus enim statim esset hæres: vnde seruus vtpote liberi non torquentur, vt sup. eod. l. fin. Azo.

c *Existente.*] ideſt adita hereditate animo.

d *Futuri*] infra, de fur. l. à Titio.

e *Licet non sit in potestate*] idem è contra, vt sup. eo. §. domini appellatione etiam filius fam.

f *Vxores*] scilicet serui.

g *Neque vxoris*] scilicet serui.

h *Viri*] scilicet serui dicantur.

i *Vna domus*] No. ergo vnam domũ esse viri, & vxoris, & vnã familiam esse. & sic est argum. quòd vnus non possit esse testis pro alio, vt C. de testib. l. etiam. & sic est supra, rerum amota l. 1. & C. de adul. l. verba. & sup. qui satisdat. cog. l. sciendũ. §. si fundum. & sup. si quis ea. l. sed & si gs. §. præterea. & de iudi. l. interdum & C. de decri. exped. hæred. l. aduersus. & sup. de ritu nupt. l. 1. Sed arg. contra inf. de quæstio. l. 1. §. seruũ matris.

ADDITIO. Dic secundũ Bar. hic, quod seruus non torquetur cõtra vxorem, vt ibi: quia quodammodo est domina: sed pro morte vxoris sic: vt hic eadem ratione. & sic concordat.

k *Occisorum*] CASVS. Vsque huc dictũ est quib. casib. serui debeant torqueri pro domino occiso. nũc vult dicere, qui continẽtur appellatione occisorum: Et dicitur quod illi, qui sunt interfecti per vim, aut cædem. & de his posuit exempla. si autẽ non per vim sunt occisi, non continentur occisorum appellatione quantũ ad hoc, vt serui torqueantur: puta si veneno sunt extincti. & est ratio plana in litera. in casu tamen benè torquerentur etiã tunc, puta si venenum fuit eis infusum per vim. Sed quid si quidam extranei dederunt venenum domino etiam, & non per vim: & serui aliqui fuerunt de hoc conscij vel fautores? nunquid illi debẽt supplicio affici? Et dic. quod sic licet enim non debeant torqueri, eo quòd clam datum fuit venenum, illi qui non fuerunt conscij, vel fautores, vt dictum est: tamen factum consciorum, & fautorum põ debet esse impunitum. & in hoc casu possunt aperiri tabulæ testamenti illius qui est occisus. & eius hæreditas adiri, ante quæstionem habitam de dictis seruis conscijs, vel fautoribus. & postmodũ possunt torqueri, & supplicio affici: quãuis si dominus fuisset occisus palam à familia, vel ab alijs, deberent serui prius torqueri, quam hæres adeat hæreditatem. Sed si dominus occidit se tædio vitæ, vel impatientia doloris, & serui potuerunt prohibere: debent certè pœna affici. si autem non potuerunt prohibere, liberati sunt. & eo casu dictus casus mortis non impedit testamentum eius aperiri, & recitari: licet impediretur aperiri, & recitari si metu criminis imminẽtis se occidisset dominus. Item scire debes, nõ haberi de familia quæstionem, nisi cõstet dominum occisum. & appellatione quæstionis continentur non tantum tormenta, sed etiã omnem inquisitionem, & defensionẽ mortis accipimus contineri. hoc dicit vsque ad §. hoc autem Senatus. Viuianus.

l *Necatum*] facit ff. ad leg. Aquil. lege, si seruus seruum. §. huius legit. & §. si quis igitur. & sup. de libe. agno. l. necare.

m *Puniendi sunt*] capite, vt inf. eod. l. §. potuisse.

n *Potuerunt*] hoc expone, vt inf. §. potuisse. & facit sup. loca. Item quæritur. §. exceitu. & l. si quis fundum. §. fin.

o *Necatur*] non à familia: & sic põt adiri hæreditas ante victam, vt hic subijcit. & ff. eo. l. necessarios. §. fi. & l. prop. ff. veneni. in prin. & C. eo. l. cum fratrem. secus si à familia, vt ff. l. 3. §. quod ad causam. & §. fin. & l. seq. & l. necessarios. in prin. quæ est contra.

p *Locus non est*] quo ad tormenta.

q *Pœna* capitali, vt ff. eo. §. potuisse. Azo. & facit ad hoc ff. §. cæterum. Item facit ff. de peculio. l. sed si dãnum. §. si ipse.

r *Tædio vitæ*] facit ff. proxi. §. & C. qui testa. fac. pos. l. 2.

Idem Scæuola ait constantius [a] defendendum, hærede instituto filio, [b] de ijs quæstionem habendam, & supplicium, qui purè legati, vel manumissi sunt, ante aditam hereditatẽ filio occiso. quamuis enim si filius viueret, hærede eo existente, [c] ipsius non essent futuri: [d] attamen vbi decessit, quia [1] † extinctum legatum, & libertas est, Senatusconsulto fore locum dicit.

¶ Si pater necatus sit, an de seruis filij quæstio habeatur, si fortè in castrensi peculio seruos habuit. Et magis est quæstionem de seruis filij habendam, suppliciumque sumendum: licet non sit in potestate [e] filius. Si vir aut vxor occisi esse proponantur, de seruis eorum quæstio habetur. quamquam enim neque viri serui propriè vxoris [f] dicantur, neque vxoris [g] propriè viri: [h] sed quia commixta familia est, & vna domus [i] est, ita iudicandum, [2] † atque in proprijs seruis, Senatus censuit.

¶ Sed neque vxore occisa, neque marito, de seruis soceri quęstionem habendam Senatus censuit. Marcellus autem lib. 12. Digest. etiam in soceri seruis idem esse, quod in mariti, rectè dixit.

Non tenentur serui de morte domini, si ei opem ferre non potuerunt. Bar.

¶ Occisorum appellatione eos contineri Labeo scribit, qui per vim, aut cædem sunt interfecti: vt puta, iugulatum, strangulatum, præcipitatum, vel saxo, vel fuste, vel lapide percussum, vel quo alio telo necatum. [k] [3] † Quòd si quis, puta, veneno, vel etiam quo alio, quod clam necare soleat, interemptus sit: ad hoc Senatusconsultum vindicta mortis eius non pertinebit. hoc ideo, [4] † quia toties puniendi sunt [l] serui, qui auxilium domino non tulerunt, quoties potuerunt [m] ei aduersus vim opem ferre, & non tulerunt. Cæterum, quid potuerunt facere aduersus eos, qui veneno, vel quo alio modo [5] † insidiabantur? [6] † Planè si venenum per vim infusum sit, Senatusconsultum locum habet. Vbicunq; igitur vis adhibita est, quæ interimere solet, ibi dicẽdum est locum Senatusconsulto fore. Quid ergo, si dominus veneno, non per vim necatus [n] esse proponatur? impunitum erit factum? Nullo modo. Licet enim cesset Senatusconsultum Syllanianum, nec quæstio, suppliciumq; de ijs, qui sub eodem tecto fuerunt, habeatur: tamen si qui conscij [o] vel fautores [7] † sceleris fuerunt, hi demum supplicio afficiuntur: & adiri hæreditas, aperirique tabulæ etiam ante quæstionem habitam possunt. Si sibi manus quis intulit, Senatusconsulto quidem Syllaniano locus non est: [p] sed mors eius vindicatur: scilicet, vt si in conspectu seruorum hoc fecit, potuerunt que eum in se furientem prohibere, pœna [q] afficiantur: si verò non potuerunt, liberentur.

¶ Si quis non metu criminis imminentis, sed tædio vitæ, [r] vel impatientia doloris sibi manus intulit, eius testamentum aperiri, & recitari, mortis casus non impedit.

1† Fl. quã

2† Fl. vin dicandũ

3† In quibusdam exẽplaribꝰ Lei vox intratur.

4† Fl. ide circo.

5† Fl. more.

6† Fl. insidiantur.

7† Fl. factor ca-

a *Cuius fit*] sed ego quæro ad quid fiat hæc quæstio? Resp. ad inquirendum mortem defuncti, vt inf. proxi. §. sed hæc quæstio non fit, nisi cum liquet eum scelere interfectum, vt hic. Nunquid ergo fit quæstio semper quando liquet? Respon. liquere debet eum scelere defunctũ, & ll persona ignoretur, quæ fecerit: ad personam ergo declarandam fit quæstio: quæ ignorari potest, & si constet eum scelere occisum. Azo. sed & de cõi seruo habetur quæstio. ll vnus ex dominis nõ compareat vt inf. eo. l. & si percussor. §. si vnus. Item no. nõ iri ad quæstionem nisi præcedant indicia: * vt inf. de quæstio. l. 1. in princip.

b *Quæstionem*] facit inf. de iniurijs l. item apud Labeonem. §. quæstionem. Accur.

c *Hoc autem Senatus*] CASVS. Si dñs fuit occisus, & serui sub eodem tecto cum domino existentes non dederunt ei auxiliũ, debẽt torqueri & puniri: alij autem serui non: imi fuerunt cõscij. Sed qualiter intelligis in idẽ tectũ? Resp. si seruierant ita prope dominũ, quod vocẽ domini audire poterant: licet quidam dominũ habeãt validiorem vocem, & quidam exiguiorem. & si serui pñt iuuare dominum alio quo modo nõ debẽt eorum salutem præponere saluti domini. vnde non excusatur seruus, vel ancilla, si dicat, & etiã verum sit, percussorem minatum eis, si proclamaret ipse seruus, vel ancilla, & hoc casu debent pati serui vltimum supplicium. ei ergo seruo non parcitur, qui fuit in eodem conclaui cũ domino cum occideretur, nec ei qui timuit mori pro salute domini: nec ei qui non proclamauit dum occideretur dominus. Ille tamen seruus nõ punitur qui tempore mortis domini erat ita longè, quod exaudire non potuit. sed si dominus fuit in itinere occisus, sumendum est supplicium de illis seruis, qui erant cum eo, vel non erant cum eo: quia aufugerunt: alij autem non puniuntur. h. d. vsque ad §. impubes. Viuianus.

d *Eorum salutí*] scilicet dominorum. sui enim iuris non sunt serui: nec salus eorum ab eis est: sed à dominis hoc iuuare. Infitut. de ijs, qui sunt sui, vel alieni iuris. §. 1. & notat quod est inf. eo. l. excipiuntur.

e *Hoc ipso*] idest hoc argumento. Accur.

f *Quod dixit*] aliàs quod. & subaudi. nec prodest ancillæ quod dixit. &c. Accur.

g *Vel in hoc*] idest in eum finem, ne &c. aliàs vel hoc, scilicet mancipium: & vel pro saltem: vel pro etiam. Et nota quòd quis patitur supplicium in exemplum. sic C. ad leg. Iul. repetun. l. 1. Accursius.

h *Multa*] quia tria: aliàs duo dicuntur multa: vt Instit. de iure personæ. §. fin. Accur.

i *Vel voce*] vel, pro saltem. Accur.

k *Plus quàm iniquũ*] vt inf. proxi. §. & C. de adulterijs. l. in adulterijs. Sed contra inf. qui, & à qui. l. prospexit. Solue ibi de stricto iure, hic de æquitate, quæ præualet: vt C. de iudi. l. 5. Fl. sufficit ergo d. l. in adulterij. Accursius.

l *Cum dominus in itinere*] sic sup. proxi. §. Accursius.

¶ *Impubes seruus*] CASVS. Si dominus sit occisus ab aliquo extraneo, & serui non tulerũt ei auxilium, capite ponientur, & etiam torquentur, vt dictum est. Certè istud fallit in impuberibus seruis, & ancillis: & in his etiam puberibus seruis, qui auxilium domino tulerunt sine dolo malo. si autem finxerunt auxilium ferre domino, & non tulerunt, non excusantur. & ille sine dolo videtur auxilium tulisse domino, qui saluauit eum. sed & ll non saluauit, immo est mortuus dominus: seruus tamen iuuit eũ quantum potuit, videtur ei auxilium tulisse. & sic non punitur: & de hoc ponit plana exẽpla vsque ad §. si dominus. Viu.

m *Ætas enim*] si sit minor, vt & C. si aduer. delic. l. 1. & etiã maior, vt inf. eo. l. 3. §. ignoscitur. & C. qui æta. lib. 10. l. 1. & adde quod est inf. eo. l. excipiuntur.

n *Supplicio*] idest in pœna capitis. Accur.

o *Quæstione*] pro eruenda veritate.

p *Et aliàs*] cum de adulterio quæstio habetur, secundum quosdam. & facit in f. de quæstio. l. ex libero. l. de minore. & l. de minore. Accur.

q *Ferula*] sic C. de cur. publi. l. 1.

r *Dictis*] aliàs dicis gratia.

Tullí

* Memorabilia in hanc sententiã exẽpla refert Val. Max. lib. 6. c. 8. de fide seruorũ erga dominos

s† Fl. de est, vel et.

t† Fl. vtique.

* Aliàs detectionem.

* Indicia præcedere dẽnt qõnẽ. vi. in Indi. Tra. in ver. indicia ad rotum.

¶ Item illud sciendum est, nisi cõstet aliquem esse occisum, non haberi de familia quæstionem. Liquere igitur debet scelere interemptum, vt Senatusconsulto locus sit. a Quæstionem b autem sic accipimus: non tormenta tantum, sed omnem inquisitionem, & defensionẽ †mortis.

¶ Hoc autem Senatusconsultum eos quidem, qui sub eodem tecto fuerunt, omnimodò punit: eos verò, qui nõ sub eodem tecto, sed in eadem regione fuerunt, non aliter, nisi conscij fuissent. Eodem autẽ tecto, qualiter accipiatur, videamus: vtrum intra eosdem parietes, an & vltra vel etiam † intra eandem diætam, vel cubiculum, vel eandem domum, vel eosdem hortos, vel totam villam. Erait Sextus sic esse sæpè iudicatum, vt quicunque eo loci fuerũt, vnde voce exaudire potuerunt, hi puniantur, quasi sub eodẽ tecto fuerint: dicerent alij validioris vocis, alij exiguioris sint, nec omnes vndique exaudiri possint. Iuxta hoc tamen videtur, & Diuus Hadrianus rescripsisse in hæc verba: Serui quoties dominis suis auxiliũ ferre possunt, * non debent eorum saluti d suam anteponere. Potuisse autem ancillã quæ in eodem conclaui cum domina sua fuerat, auxilium ei ferre, si non corpore suo, at certè voce plorantẽ, vt ij qui in domo fuerãt, aut vicini audirent, hoc ipso e manifestũ est, quòd dixit f percussorem sibi mortem minatum si proclamasset. vltimum itaque §† supplicium pati debet, vel in hoc, & ne cæteri serui credant in periculo dominorum sibi quenquam ‡ † consulere debere. Hoc rescriptum multa h continet. Nam ei non parcit qui in eodem conclaui fuit: & ei qui timuit mori, non ignoscit: & quòd vel voce i oporteat seruos dominis auxilium ferre ostendit.

¶ Si quis in villa agens occisus sit, plus quàm iniquum k est, si forte diffusa latè prædia habeat, de omnibus qui in ea regione fuerũt seruis, & quæstionem haberi, & supplicium sumi. Sufficit ergo de ijs, § † qui cum ipso, qui occisus dicitur, fuerunt, & qui suspicione cordis, aut conscientia attingi videbuntur, quæstionem haberi.

¶ Cum dominus in itinere l est occisus, de ijs, qui vnà cũ eo fuerunt cum occideretur, vel cum vnà fuissent, profugerunt, supplicium sumendũ est. Quòd si cum domino nemo fuit, cum occideretur, cessant illa Senatusconsulta.

¶ Impubes seruus, vel ancilla nondum viri potens, non in eadem causa erunt: Ætas enim m excusationem meretur.

¶ Impuberi autem vtrum in supplicio n tãtum parcimus, an verò etiã in quæstione? o Et magis est, vt de impubere nec quæstio habeatur. & aliàs p solet hoc in vsu obseruari, vt impuberes non torqueantur: terreri tamen 6† solent, & habena, vel ferula q cædi.

¶ Excusantur autem serui, qui auxilium tulerũt sine dolo malo. Nam si finxit se quis auxilium ferre, vel dictis r

6† Fl. tantum.

† Fle. plum. sic C. ad leg. quẽque. Iul. repetun. l. 1. Accursius.

a *Tulit*] id eſt, dixit ſe doluiſſe, aliàs iudicis gratia tulisse, id eſt diſſulit faciendam vindictam per iudicem.
b *Aut*] aliàs atque, id eſt, ſicut.
c *Parci eis*] ſcilicet, ſi debilitati per vulnera non iuuerunt poſtea dominum. Accurſius.

¶ *Si dominus.*] CASVS. Dñs quorundã ſeruorum fuit à quibuſdam mortiferè vulneratus, vixit tamen poſtea aliquot diebus, & non fuit conqueſtus de aliquo ſeruorum, quod non dederunt auxilium ei, nunquid amodò torquebuntur, vel vltimo ſupplicio afficientur? Et dicitur quod non, & multò magis non punientur, ſi dñs in teſtõ ſuo dixit expreſsè quod ſerui exercuerunt benè officium ſuum in iuuando eum, & hoc dic. cum l. ſeq. Vsu.

d *Superuixerit*,] ita ꝙ eo vulnere non decefſit. 1 arg. ſup. ad l. Aquil. l. huic ſcripturæ. Vel ſecundũ Itn. dic, etiam ſi deceſſiſſet, quaſi diſſimulatione remiſiſſet: vt Inſti. de iniu. §. fi. & C. de reuoc. do. l. 1. in fi. & l. fina. in fi. & de inoffi. teſtam. l. omnino. & ſupra de proba. l. Procula. & de cur. fur. l. ſi furioſo. §. his conſequens. Sed arg. contra ad hoc ff. l. 3. §. 1. Item facit inf. l. prox. Acc.

e *Dñus. Piſoni.*] Præſidi prouinciæ.

f *Profecutus*] torquendis. Accurſ.

g *Nec ſollicitanda.*] quæ cogit hæredem teſtatoris vindicare necẽ.

* Vindicta pro iniuria ſuis illata, an & qñ permittatur. Azo. & facit C. ſa. erciſ. l. in ipſius. & ſu. l. prox. in fin. & ¶ quod ibi no. Sed an occiſores põt dñs abſoluere? Reſp. non, cum ea actio competat vnicuiq; de populo, vt ff. de publ. iudi. l. 1. quippe illi in faciendo, at ſerui in omittendo delinquunt.

Si quis.] CASVS. Cum dñs occideretur, ſeruus eius non tulit ei opem, iõ quia valde graui valetudine erat affectus. Certè ſubuenitur ſeruo, vt non puniatur, & idẽ eſt, ſi dominus dixit, quod ſeruus eum occidit, & non probauit, & idem eſt, ſi maritus occidit dominã ſerui, & non exaudiuit hoc ſeruus, ſecus ſi exaudiuiſſet, & opẽ non tuliſſet, quia tunc benè puniretur, niſi i vno caſu, puta ſi maritus occidit vxorẽ in adulterio deprehenſam, qa tunc nõ punit̃ ſeruus, ſi nõ tulit ei opem. Itẽ non punitur ſeruus, ſi cũ oẽs dñi ſui aggreſſurã paterentur, & ipſe oib. ſimul non potuit auxilium ferre, tulit quibuſdã. ſecus ſi potuiſſet oſibus ferre opem, & tulit tñ quibuſdã. Item non punitur ſeruus, ſi ipſe cædis dñi ſui, vel dñę ita erat clauſus ſine ſuo dolo malo, vt non potuerit erumpere cauſa ſuccurrendi eis, ſecus ſi fuiſſet in dolo, vt clauderetur, & idem eſt, vt non puniatur, ſi erat ligatus taliter, vt auxilium dare non poſſet. Item non punitur, ſi taliter erat ſenex, qꝛ non potuit dare opẽ, & idem eſt, ſi erat ſeruus ſurdus & idem ſi cæcus, vel mutus, vel furioſus. h. d. vſque ad §. ſi quis quem. Viuia.

h *Si quis in graui*] i. valde graui. ſic ſupra pro ſoci. l. cum duobus. §. damna. & l. Gallus. §. ille caſus. ſup. de libe. & poſth. alias graui.

i *Credendum domino.*] contra ſeruos, ſed pro ſeruis ſic, vt ſupra l. proxim. & l. 1. in fi.

k *Si*] i. quamuis, & facit inf. de Carbo. ed. l. 1. §. ſi quis. Non cb. ſup. ad Vell. l. Scia. reſponſ. & de inoffic. teſtam. l. non eſt enim conſentiendum. & C. arb. tut. l. 1. & de probat. l. rationes, & l. exemplo. & de teſta. l. verba, & in Auth. vt cum de appel. cogno. §. ſiue igitur omnes. col. 8. argu. contra inf. de bon. lib. l. qui cum maior. §. fin. & l. Pau. §. 1. & ſu. de cur. fur. l. ſi furioſo, §. 1. & C. de calum. l. mater.

ADDITIO. Die ſm Dyn. hic, quod propter verba defuncti pœna non imponitur, vt hic: ſed hæres, vt filius, ſi accuſat à præſumpta calumnia excuſatur, vt in contrario, ſecundum Bar.

l *Si maritus*] ſic ſupra l. 1. §. ſi vir.

m *Ignoſcitur.*] quantum ad pœnam legis Corne. de ſic. ſed non in totum, vt infra de adulte. l. ſi adulteriũ, §. Imperatores, & l. nec in ea. §. ideo autem. & l. matrimonij. reſponſ. & ad l. Cor. de ſic. l. 1. §. 6.

n *Non reſiterunt.*] No. quod non eſt culpa non reſiſtere, ſic ſupra de noxa. l. 3. §. ſi extraneus. de actio. emp. & ſecũd. Lemposem. ibi. & ſi non defendat. &c.

pietas pro ſeruis, f nec ſollicitudo ſ hæredis obtinere debet, vt ad pœnã vocẽtur, quos ipſe dominus abſoluit.

Ad impoſſibile nemo obligatur.

Vlpianus lib. 50. ad edict.

LEX III.

SI quis in graui h 6† valetudine affectus opem ferre domino non potuerit, ſubueniendum eſt ei.

Aſſertio interfecti nõ probat: niſi probetur aliter mors illata. Bar.

¶ Si quis moriens dixiſſet, à ſeruo vim mortis ſibi illatam eſſe: dicendum eſt, non eſſe credendum domino, i ſi & moriens hoc dixit, niſi potuerit, & probari.

¶ Si maritus l vxorem noctu intra cubiculũ ſecũ cubantẽ necauerit, vel vxor maritum, ſerui pœna Senatuſconſulti liberabũtur. Sed ſi exaudiſſẽt, & opẽ non tuliſſent, plectẽdi erunt: non tantũ ſi proprij eſſent mulieris, ſed ẽt ſi mariti. Si tamen maritus in adulterio deprehenſam occidat, qa ignoſcitur m ei, dicendum eſt non tantum mariti, ſed etiam vxoris ſeruos liberandos, ſi iuſtum dolorem exequenti domino non reſtiterunt. n

Licet ſeruo vni ex dominis gratificari. Bar.

¶ Si cum omnes domini aggreſſuram paterentur, & vni ſeruus opem tulit, an ſit excuſandus? an verò quia omnib. non tulit, plectendus? Et magis eſt, vt ſi quidem omnibus ferre potuit: quamuis quibuſdã opem tulerit, 7† ſupplicio afficiẽdum. Si verò ſimul omnib. nõ potuit, excuſandum, quia quibuſdam opẽ tulerit. Nam illud durum eſt dicere, ſi cum duobus auxilium ferre non poſſet, elegit alteri eſſe.

LEX II.

DIuus Marcus, & Cõmodus Piſoni e reſcripſerunt in hæc verba. Cum conſtiterit apud te, Piſo chariſſime, Iulianum 5† Donatum poſtea, quã cõterritus aduentu latronũ profugerat in villam ſuam, vulneratum eſſe, mox teſtõ facto purgaſſe officium ſeruorum ſuorum: nec

1 No. ex hac gl. ꝙ vulnus dicit mortale, licet mors nõ ſequatur, ſecũdum Bal.

2† F. dimiſit.
3† Et atque.
4† F. niſi ſi.
5† Aliàs Iulium.
6† Aliàs, ingraueſcente.
7† F. quibus quibuſdam tulit.

1 Simile ſ. venerabilẽ. cum glo. ſup. ver. fauere. ext. de elect.

a *Contraxiſſe*] eſt ergo gratificationi 1 tunc locus, vt & ſup. de relig. l. fi. & ſi loc. & condud. in noue Sauphel. & inf. ad l. Fal. l. pater filium.

b *Ignoſci ei debere*] quidam interrogatiuè legunt, & dicunt non debere ſeruo vxoris ignoſci, qui prætulit virum, & ecõtra, ſi ſeruus viti prætulit vxorem. ſed ego planè, & dico, qđ poſſit eligere, quaſi ſit eorum cõis. vt & ſup. eo. in l. 1. §. ſi vir. & ſu. ead. l. §. ſi matitus. Ac.

c *Voluerint*] ſic ſup. quod met. cau. l. ſi mulier. in prin. & inf. quod vi aut clam. l. 1. §. ſed & Atiſto.

d *Aetate*] i. ſenectute, vt no. ſup. eo. l. 1. §. impubes.

¶ *Si quis*] CASVS. Seruus, vel ſerua Titi occidit eum, & Seius in domo ſua recepit dictum ſeruũ, vel ſeruam. certè tenetur Seius. l. Corn. de ſica. Viuia.

e *Si quis*] extraneus. q. d. non debet quis recipere aliquem noxium de ſeruis occiſi, aliàs punitur. l. Corn. de ſic. ſic inf. de excep. l. 1. Item facit ſu. de ſer. fug. l. 1. §. 1.

f *Qui*] ſeruus, & facit §. e. l. lege. in prin.

g *Erat*,] occiſi.

¶ *Si ex ſtipulatu*] CASVS. Seius habens ſeruum Stichum promiſit per ſtipulationem Titio cum ei dare, & poſtea cum exiſteret dictus ſeruus ſub eodem tecto cum domino ſuo Seio dictus Seius occiſus fuit. poſtea dictus ſeruus arguit probauit, & detexit mortẽ dñi & pro hoc præmio factus eſt liber. nunquid Titius prædictus poterit eũ petere ab hærede Seij ex ſtipulatione? Et dicitur, qđ non: nã & nõ daretur dicta actio dicto Titio, ſi dictus ſeruus fuiſſet vltimo ſupplicio affectus, ex eo, quod non arguiſſet mortem domini, vt ſup. eo. l. 1. §. poteſſe, ſi autem non fuiſſet dictus ſeruus ſub eodem tecto cum domino eo tempore, quo dominus fuit occiſus, & ſic non defendiſſet dominum, non fuiſſet paſſus vltimum ſupplicium, ex ſtipulatu actio vtilis erit Titio creditori contra hæredem Seij ad æſtimationem dicti ſerui, & ille ſeruus dignus eſt dicto præmio libertatis, qui vltro proſiliuit ad accusãdum interfectores domini: nõ autem ille ſeruus eſt dignus, qui cum accuſaretur ab interfectoribus domini, ipſe retorſit in eos crimen: ſed ille ſeruus, qui arguit vltro necem domini, poterit ad libertatem peruenire, qui non poterat aliàs ad libertatem peruenire, puta ſi hac lege diſtractus erat, ne manumitteretur. h. d. vſque ad §. de his quoque. Viuia.

Ne vſus] CASVS. Ego haberem ſeruitutem itineris, vel viæ, vel actus, vel aquæductus in prædio Titii vicini mei: feci teſtamentum, in quo inſtituī mi hi heredem Caium, & legaui Semproio vſum fructum, vel vſum alicuius de d. ſeruitutibus, quas habebam in fundo d. Titij mei vicini, & poſtea deceſſi, venit Sēproni[us] legatarius, & petitā d. Caio hi de meo vſum fructum, vel vſum dictarū ſeruitutū: nunquid pōt? Et dī, q̄ non, & eſt tō, quia ſeruitus ſeruitutis eſſe non poteſt. vſus fructus autem, vel vſus eſt ſeruitus. l. perſonalis, & ſic non pōt conſtitui aliqua dictarum ſeruitutū realiū. Sed oppo. nonne continetur in quodam ſenatuſc. quod eſt. ff. de vſufr. earū rerum, quæ vſu cōſu. l. 1. q̄ ojam. q̄ in bonis noſtris ſunt. vſum fr. legare poſſumus? Certè ſic: ergo vī. q̄ vſum fructum dictarū ſeruitutum nobis cō petentium legare poſſumus. Sed hoc non obſtat ijs. q̄ ſ. dixi, quia ſeruitus itineris, vel actus, vel viæ, vel aquæductus ſi eſt in bonis noſtris, neq; extra bona noſtra q̄ is aūt non poſſimus conſtituere vſum fructum, vel vſum dictarum ſeruitutum, vt dictum eſt. ſi d. Sempronius, cui legaui, bē act. incerti contra Caiū prædictum hęredem meum, vt eidem legatario præſtet facultatem eundi, agendi, & ducendi aquā per fundum d. Titii mei vicini, quamdiu vixerit d. Sempronius legatarius. & tenebit hoc facere hęres meus. Aut ſi nō vult hoc facere, hæres meus dēt conſtituere d. legatario ſeruitutem eundi agendi. & ducendi per fundū d. mei vicini. Item dēt promittere d. legatarius, q̄d ſi deceſſerit ipſe legatarius, vel magnam diminutionē capitis paſſus fuerit ſi q; quantum ad eum legatarium extincta fuerit dicta ſeruitus, reſtituet ei dictā ſeruitutem, in prædio dicti vicini. Quamuis enim ego teſtator, qui habebam dictas ſeruitutes reales in prædio vicini, deceſſerim, tamen remanent, hęredi meo vt inf. de ſerui. lega. l. pater. Viui.

d *Itineris*] quid ſit iter. & actus. & via. & aquæ ductus, habes. ſup. de ſerui. ruſti. prędio. l. 1 Accur.

e *Legari poteſt*] ab eo. cui debentur huiuſmodi ſeruitutes p̄fatę. quia ſeruitus, &c. & argumentatur à toto. Per ſe. n. ſeruitus intellecta ſine re, quę ſeruit. nullius fructus eſt. vt ſup. de vſur. hvidemus. Itē nec loco deſeruiēti pōt legari. ab eo ſcilicet, cui debetur ſeruitus, quia dominium eſt alterius, vt ſupra. ſi ſerui. vend. loci corpus. vnde non poteſt conſtituere ſeruitutem ille, cui debetur. vt ſup. com. prædi. l. 1. §. ideo. ab eo autem qui debet ſeruitutes prædictas, benè pōt cōſtitui ſeruitus alia, quæ non noceat primæ. vt ſup. de ſerui. ruſticorum prædio. l. 2. §. 1. & 2. & penult. & l. per quam. & ſupra. com. prædi. l. qui per certū.

f *Vtile*] ſcilicet legatum.

g *Legari*] vt ſupra de vſufructu earum rerum, quæ vſu conſu. l. 1. Accur.

h *Quia id*] ſcilicet ſeruitus.

i *Ex bonis*] imò in alienis bonis eſt ſeruitus, quia ſua res nemini ſeruit. vt ſupra. ſi vſusfructus petatur. l. vti frui. ſed dic non in proprietate alienа: ſecundum quid. ergo dicitur non eſſe in bonis, quia per ſe ſine fundo dominante non poteſt alienari: cum ille non habeat forte prædium cui alienaretur. vt ſupra de curato. furio. l. Iulianus, & Inſt. de ſerui. §. ideo autem. Item nec vſusfructus poteſt alienari, vt Inſtit. de vſufructu. §. finitur. Item prædiales non ſunt in bonis alia rōne, quia videntur non eſſe, vel extinctæ eſſe. Nam & manica vt extincta cum accedit veſtimento, vt Inſt. de re divi. §. ſi tū. & tignum non videtur poſſideri cum accedit ædificio. vt ī. de vſucap. l. eum. & l. item. Item, nec in petitionem hęreditatis veniunt. vt ſup. de petitio. hęredi. l. & non tm. §. fin. ſed non ſimpliciter ſunt ſeruitutes extra bona, cum poſſidentes exceptionem. & nō poſſidentes habeamus actionem, vt infra de acqui. rerum domi. l. rem in bonis. & poſſunt obligari ruſticæ, licet non vrbanæ. vt ſup. de pig. ſi is, §. fin. & l. ſeq. & facit ſup. de ſer. ruſt. præd. cum eſſet. in fi. Accu.

k *Incerti actio*] ſ. actio ex teſtamento, quæ datur ad factum. v. C. de re. perm. rebus. Acc.

l *Facultatem*] de facto.

m *Conſtituatur*] de facto.

n *Ex magna*] ſ. maxima, vel media, vel etiam minima olim, ſed hodie ſecus, vt C. de vſufructu, corruptionem. §. ſed nec omni.

o *Reſtituatur*] hæredi. & ſic non tranſit ad hæredem legatarij: ſic. & ſupra de vſu. & habita. l. vſus aquæ. & de ſeruitu. ruſticorum prædiorum. l. pecoris, & de lega. primo. l. apud. §. ſi quis. Acc.

Hominis opera] CASVS. Legauit tibi operas in Sticho ſeruo meo: poſt mortem meam, tu fuiſti capite minutus minima capitis diminutione, puta, quia fuiſti emancipatus, vel adoptatus, vt ſup. de ca. di. l. finali. in fine, vel ſteriſti per decem annos inter præſentes, vel q̄ viginti, inter abſentes, q̄d non fuiſti vſus illis operis: quo quidem tempore amittitur vſufructus, vt C. de vſufructu. l. corruptionem. nū quid dictis duob caſibus amitteres operas? Et dī, quòd nō, & ita in hoc vltimo caſu differt legatum vſus fructus à legato operarum. Sed nūquid poteris tu legatarius operas dicti ſerui locare, & mercedem recipere? Et dī, quòd ſic. & ſi hæres prohibeat conductorem capere dictas operas, tenetur legatario, qui locauit eas. Sed & ſi ſeruus, in quo legaui tibi operas, locauerit ſe alicui, certè tu legatarius operarū debebis capere mercedē, & poteris agere: hæredem, ſi non patiatur vti illum, qui conduxit à ſeruo operas. Item nunquid in legatario mortuo tranſit legatum operarum ad hīdem tuum? Et dicitur, quod ſic, quia non es fructuarius ſeruo autē, in quo tibi operas legaui, vſucapto à quodam alio extraneo, benè periit legatum prædictum operarū. Apparet ergo per ſupra dicta, q̄ poſſum tibi legare operas in ſeruo meo, ſed & in libero homine, puta, liberto meo poſsū tibi operas lega-

5† Flo. aquæductus, & ad intellectū huius l. vī de Io. Rō goual. in l. imperiū n. 228. & ſeq. ā iur. om. iud.

6† Fl. ſine

7† Fl. diminutus.

* Addita à Triboniano. q̄bus ſignificet maxima tantū. & media capitis minutio.

ras legare,sicut,& locare,& promittere possem.& hoc dicit cum l.seq.Viuia.

a *Diminutione*] s. minima. Sed contra.Inst. de acqui.per arro.in prin.sed ibi in opera liberti, quæ non tribuit ius in persona:qa est liber:hic serui. Et no. in duobus,hoc distare legatū operæ ab vsufructu, vt Instit. eodem §. finiatur. item facit supra de oper. ser.l.2.

2† lib.17. Quæstio.

b *Percipere*] imponendo eas ipsi seruo, vt sup.de vsu & habita.l.sed si ipsi. non dico locando, vt sup.de vsufructu.l adhuc.§. si seruo.

c *Poterit*] scilicet alij.

d *Tenebitur*] ad interesse illi legatario.

e *Quia legatarius*] cui scilicet operæ sūt legatæ, non est &c. imò differt i multis, vt hac.l. & sup.de operis seruo. l. 2. no. Sed contra eo.tit.l.5. vbi dicit vsum videri legatū, sed dic vsum, & etiam plus, vt ibi. Accur.

2† li.3.ad Sabinum

f *Transmittit*] nisi aliter testator dixerit,vt §. vsufr. quēad. ea.l.idem est,& l.pe. vel illud ad annuum legatum operæ.

g *Vsucapto*] ab extraneo. secus in vsufructu.& vsu. Acc.

3† lib.17. ad Sabinum .o

h *Perit*] vt supra, de vsufr.l.locum. §. proprietarius,& ff.de vsu ca.l.iusto. §. non mutarut, & quare secus, potest quæri : sic, & posset quæri ratio aliarum differentiarum.& facit infra ad leg.Falc.l.1.§.sed opetis. Acc.

4† li.3.ad Sabinū .

i *Hominis*]pone exemplum in liberto, qui debet operas patrono certas, qui patronus potest locare,& promittere, & legare. vt supra, de cond.indebi.si non sortem,§.libertus ibi,sed si delegatus.& infra, de operis liber. l. operæ in rerum. Item, & si liber homo locauit mihi operas suas in quinquennium, ius meum possum aliis legare. An autem in perpetuum possit liber homo suas locare operas: dic, vt no. supra.de vsufructu. l.3. §. ne tamen. Accur.

Papinianus. 1†

LEX II.

HOminis operę legatæ,capitis diminutione, a vel non vtendo non amittuntur. Et quoniam ex operis mercedem legatarius percipere b potest, & operas eius ipse locare poterit: c quas si prohibeat hæres capi,tenebitur. d Idem est, & si seruus se locauerit. Et quia legatarius e fructuarius non est, ad hæredem suū operarum legatum transmittit. f sed seruo vsucapto g legatum perit. h

Paulus. 2†

LEX III.

HOminis i quoque liberi operæ legari,sicut locari, & in stipulationem deduci possunt.

Vlpianus. 3†

LEX IV.

SI purè proprietas legata serit, ea ad legatarium perueniet, k quamuis fructuarius hæres sit institutus.

Non pōt quid ab eo casu incipere,quo debet extingui. Bar.

Paulus. 4†

LEX V.

VSumfructum,cū moriar, inutiliter stipulor. Idem est in legato : l quia & constitutus vsusfructus morte intercedere solet.

In obligationibus faciēdi, quando desit posse fieri, petitur interesse. Bar.

Pomponius. 5†

LEX VI.

SI vsusfructus mihi in biennium continuū à morte testatoris legatus sit, m & ff hæredem steterit, quo minus eū mihi daret, præterito biennio nihilominus tenebit, 6† quēadmodum teneretur,si res legata in rerum natura esse desijsset,quam quis deberet,moratuq; esset in ea danda, n vt peti quidem iam vsusfructus, qui legatus sit, nō possit, quia alius futurus sit, o quam qui legatus fuerit, sed æstimatio eius bima p dumtaxat faciendа sit.

Vlpianus. 7†

LEX VII.

OPeræ testamēto relictæ, quādo cedere debeant? vtrum ex quo petit q eas legatarius? an ex quo adita hæreditas r est ? & cui pereant dies, quibus æger seruus fuerit? s† Et puto ex die petitionis s eas cedere. Quare,si post

VSumfructum] CASVS. Titius promisit mihi vsumfructum fundi Titiani, cum moriar, vel eo. modo legauit mihi vsumfr. d.fundi.certè nō valet promissio vel legatum, quia si iam esset mihi constitutus dictus vsusfructus, morte mea superueniente interciderет. Viuia.

5† li.11. ad Sabinum.

l *In legato*]puta,lego tibi vsumfructum alicuius rei cum moriesis.vt §.de vsufruct.l. Titio.& sic in libertate.vt §.ff manu.test.l. libertas, in princ. sic, & supra de iure dot. l.Iulianus. Acc.

6† Fl. tenetur.

SI vsusfructus] CASVS. Titius legauit mihi vsumfructū fundi sui Titiani vsque ad biennīū continuum à tempore mortis suæ, & decessit, postea per hæredem suū fecit quominus daret mihi dictum vsumfructum intra biennium.Certè transacto biennio nihilominus tenetur mihi hæres, & possum ab eo petere æstimationem dicti vsusfructus per biennīū, non autem vsumfructum, quia, ex quo transactum est biennium, iam peterem alium vsumfructum, quàm qui mihi legatus sit, & teneretur mihi hæres Titij, si aliqua res legata mihi à Titio in rerum natura esse desijsset post moram, quam fecit hæres in ea mihi danda.h.d. Viuia.

7† li.6.ad edictum.

8† Fl.fuit

m *Legatus sit*] & sic ad diem,quod esse potest, vt sup. famercis.l.puto.§. vsufructus.

n *Danda*]nam tunc tenetur hæres ad æstimationem,quod dic,vt sup.de leg.1.l.cum res. in fi.

o *Futurus sit*]idest alius esset vsusfructus,si diceremus constitui,sed non dicimus,sed æstimationem damus,vt hic, & supra de vsufructu.l.quæsitum,& l.qui vsum fructum,§.fi.& facit supra de lega.1.l.si quis inquilinos.in prin.& de leg.3. l.non dubium,§.fi. Acc.

p *Bima*)idest duorum annorum,vt supra tit.l.l.3.aliàs bina,idest,biennij,alias neutrum habetur in textu.

q *Petit testamento*] CASVS. Titius in testamēto suo legauit mihi operas serui. Modò quæritur. quando cedant dictę operę,vt sic cum effectu eas petere possim. & certe nō statim adita hęreditate ab hęrede dicti Titij, sed quādo peto eas ego legatarius,& si post petitionem meam infirmatus fuerit seruus, in quo legatæ mihi fuerunt d. operę, mihi legatario pereunt dies infirmitatis eius. Viuia.

r *Hereditas*] etiam si non petantur.

s *Petitionis*]factę post aditā hęreditatē, & non prius. vt §. ęst dies leg.cc.l.a. & no. C. de cadu.tol.§. in nouissimo.in fi.& dic hic,

dic hic,qñ ſunt incertæ. Aliàs ẽt ante petitionem.ſ.cedunt vt ĵ.de ope.libe.l.ſi qs hac lege,§.iudiciũ,& l.cũ patronus. in prin.& l.quoties.& no.ĵ.de ope.ſeruorum.l. 1. Accur.

a *Peribunt*] ſic ĵ.de ſta.libe.l.cum hæres.§ Stichus,& ĵ.de ope.liberto.l.libertus,qui poſt.& l.interdum.

ADDITIO. Quærit hic Bar. qñ ſa mulus infirmatur,an debeat habere ſalariũ? Vñ,q ſic,quaſi dño pereant operæ: de hoc eſt gl. in l.de arborib. ſ. de illo.ĵ. de vſufr. veritas qñ eſt in ĵtiũ, vt l. ſi vno.§.itẽ cũ qdã.ĵ. de loca Nec obſt.hęc lex:qa iſte tractãs de lucro, merito pp infirmitatẽ perdit lucrũ. nõ aũt debet pati dãnũ, i.dare ſalariũ tẽpore infirmitatis, ſecundum eundẽ Bar.

1† lib.3. de legatis ad edictũ Prætoris. 2† Et erit. 3† Flor. tuetur. * No.vitã hominũ nõ excedere cẽtũ annos. licẽt qñque reperiatur lõgior: vt legitur de illo Zoſimo abbate,qui vixit centũ & viginti annis: vt in Authẽ. de monachis. §. ſi verò. colla. 4. porrò de ſpatiis vitæ longiſſimis. Plin. lib.7.nat. hiſtor c. 48. 4† Fl. eſſet. 5† li.8.Diſputatio. 6† lib.78. Digeſt.

SI *vſusfructus*] CASVS. Legaui vſumfructũ fundi mei municipibus alicuius Caſtri. & poſtea deceſſi. Modo quæritur,quãtũ duret d.vſufru. Et vñ, q̃ perpetuò, quia municipes ſp durãt, licẽt decedãt illi,qui viuebant tpe legati. vnde non vñ,q̃ morte,vel capitis diminutione municipũ extinguatur vſufr. Ex alia parte vñ,q̃ nõ duret perpetuò: quia iã nulla vtilitas erit nudæ proprietatis d.fundi, vſufr. abſcedente ab ea ppetuo. ſtatuit itaq; iuriſcon. Caius, vt duret centũ annis, & non plus: quia iſtud tẽpus eſt longiſſimus finis vitæ. Viuia.

b *Tuendi*] municipes. Accurſius.

c *Centum annos*] finitur ego tempore centum annorum. vt hic & ĵ.de vſufructu.l.an vſusfructus. Itẽ non viendo vt ĵ.de lega.2.l.Męuius.§.ſi.Item aratro,vt ĵ.quib. mo.vſusfru.amit.l.ſi vſusfructus.ſed ad id quod dixit tolli centum annis,eſt cõtra.ĵ.ad leg.fal.l.hæreditatum. Sol.ibi. Itẽ an idem in annuo legato relicto ciuitati,vt centũ annis tollatur? Reſpon.quòd non.ſñ R,vt ĵ.tit.1.l.annuam, & l. annua in fi. & l.antepenultima, & penult. Vel ſecundum Hug. idem quod hic:nam & finitur annuũ legatum. ſicut vſusfr.vt ĵ.tit.1.l.in ſingules. Item,an idem ſi eccleſiæ relinquitur? Reſpon.vt no.in d.l.an vſusfructus. Accur.

petitas æger eſſe ſeruus cęperit,legatario peribunt. a

Caius. 1 †

LEX VIII.

SI vſusfructus municipibus legatus fuerit, 2 † quæritur quouſque in eo vſufructu tuẽdi b ſint? Nam ſi quis eos perpetuò tueatur, 3 † nulla vtilitas erit nudæ proprietatis,ſemper abſcendẽte vſufructu. Vnde centũ annos c *obſeruandos eſſe conſtat:qui finis vitæ longiſſimus eſt. 4 †

Legatum caducum, vel quaſi, remanet apud hæredẽ cum onere ſuo. Bart.

Vlpianus. 5 †

LEX IX.

SI ab eo,cui legatus eſſet vſusfructus,fideicõmiſſũ d fuerit relictũ,licẽt vſusfructus ad legatariũ non peruenerit, hæres tñ,penes quem vſusfructus remanet, e fideicommiſſum præſtat. f Quod & in militis teſtamento erit dicẽdum, ſi legatarius,à quo fideicõmiſſum relictum eſt, repudiauerit g legatum, vel viuo teſtatore deceſſerit.

Coniunctio poſita inter incompatibilia, reſoluitur in diſiunctiuam. Bartolus.

Iulianus. 6 †

LEX X.

SI Titio fundus,& eiuſdem fundi vſusfructus h legatus fuerit,erit ĩ poteſtate eius, fundũ,an vſumfructum vendicare malit. Et ſi fundũ elegerit, neceſſariò plenã proprietatẽ habebit, licẽt vſum fructũ à ſe repulerit. Si verò vſumfructũ habere maluerit, & proprietatẽ fundi repulerit: ſolum vſumfru. habebit.

Idem. 7 †

LEX XI.

HAbitationi ſi legatum in ſingulos annos, ab initio i anni deberi conſtat.

Nõ poteſt hæres tollere aditũ poſitũ in re, cuius eſt alterius uſusfructus, eo inuito. B.

Alphenus. 8 †

LEX XII.

HAeres in fundo, cuius vſusfructus legatus eſt, villã] poſuit. Eam inuito fructuario demoliri nõ poteſt, m nihilo magis, quam ſi quam arborem poſuiſſet, n eam ex fundo ipſe euellere 9 † vellet. Sed ſi ante,quam vſufructuarius prohibuerit,demolierit: 10 † impunè o facturum.

Paulus. 11 †

LEX XIII.

CVm vſufr.alternis annis legat,nõ vnũ, ſed plura legata ſunt. p Aliud eſt in ſerfundi mei Seiani,& poſteà deceſſi.& poſtea hæres meus in d.fundo fecit vnã villam, i. domunculã paruã cauſa reponendi fructus:vel plantauit ibi quandã arborem, & poſteà vult eam tollere. Quæritur virum poſſit? Et certè non.fructuario prohibente,ſed ante prohibitionem poteſt. Viuia.

1 *Villam*] id eſt domunculam fructuum gratia in villa, vt ĵ.de verb.ſign l.fundi Accurſius.

m *Non poteſt*] ſcilicet hæres: ſic econtrà nec vſufructuarius à ſe impoſita, vt ĵ.de vſufr. ſed & ſi quid. & facit in co.tit. l.equiſſimum.§. 1.& ĵ.ſi vſusfr.pete.l.ſi ab hærede. Accur.

n *Poſuiſſet*] ſcilicet hæres.

o *Impune*] No.non omne illicitum puniri,ſic ĵ.de relig.l.at ſi quis.§.Labeo.in fi.Accurſius.

§.& cũ triplici.ſed vbi ante teſtamentum, tunc p non ſcripto.& nõ remanet cum onere. vt d.§.& cũ triplici. & §.in primo.Itẽ ĵ.tit.1.l.Titia.in prin.contra Solu.ubi.& eo.modo nñ.ĵ.de adimen.leg.l. Cato.in prin.& l.Stichus.ſ.1. & facit ĵ.de lega.2.l.ſi quis Titio.& l.Celſus.in prin.

SI *Titio*] CASVS. Legaui Titio fundũ meũ Seianũ,& eidẽ legaui vſũf.d.fundi. & poſteà deceſſi. cenſ eſt in electione Titij vẽdicare fundũ. aut vſumfr.eiuſdẽ,& ſi qdẽ elegerit vendicare fundũ. & vſũfr. à ſe repellere habito fundo. nihilominus habebit vſumfr.ſi verò elegerit vendicare vſumfr. & repellere à ſe fundũ,habebit. ſolummodo vſumf.Vi. h *Vſufr.* formalẽ repulit, ſed hẽt cãlẽ, & facit ĵ.de le.j.l.planè. §.ſi.& l.legatarius.in prin.& §.j.& de leg. 2.l.cũ filiũ. ſ.varijs.

7† li.1.ex Minicio.

HAbitationi] CASVS. Nõ ſolum alia legata relicta in ſingulos annos,ſed ẽt legatũ habitationis ꝑdicto modo relictũ dẽtur legatario ab initio cuiuslibet anni. Vi *Habitationi*] ſive habitatio ipſa in ſingulos ann.ſive pro ea certa quãtitas in ſingulos an.legetur. Ac k *Ab initio*] ſunt .n. plura legata hoc caſu cũ dixit ĩ ſingulos annos: & plurics cedit dies,& initio anni.vt hic.& ĵ.tit.1.l.in ſingulos & ĵ.qũ di.leg. ce. l.nec ſemel.& C. qũ di leg.ce l.1.ſi nõ eſſet dictũ ĩ ſingulos an.ſecus eſſet.vt ĵ. eo.l.damnas.in prin.

8† Fl.Alphenus Varus lib.2. Digeſt. à Paulo epitomatorum.aliàs Vlpianus.

9† Fl.poſuiſſet ex fundo in euellere. 10† Aliàs demolitus erit. 11† li.23. ad Plautium.

HAres in fundo] CASVS. Legaui Titio vſumfructũ fundi mei Seiani,& poſteà deceſſi.& poſtea hæres meus in d.fundo fecit vnã villam, i. domunculã paruã cauſa reponendi fructus:vel plantauit ibi quandã arborem, & poſteà vult eam tollere. Quæritur virum poſſit? Et certè non.fructuario prohibente,ſed ante prohibitionem poteſt. Viuia.

l *Villam*] id eſt domunculam fructuum gratia in villa, vt ĵ.de verb.ſign l.fundi Accurſius.

m *Non poteſt*] ſcilicet hæres: ſic econtrà nec vſufructuarius à ſe impoſita, vt ĵ.de vſufr. ſed & ſi quid. & facit in co.tit. l.equiſſimum.§. 1.& ĵ.ſi vſusfr.pete.l.ſi ab hærede. Accur.

n *Poſuiſſet*] ſcilicet hæres.

o *Impune*] No.non omne illicitum puniri,ſic ĵ.de relig.l.at ſi quis.§.Labeo.in fi.Accurſius.

CVm *vſufructus*] CASVS Legaui Titio vſumfructũ fundi mei Seiani hoc modo, ſ. vt vno anno frueretur. & altero non:& ſic de ſingulis annis: Certè plura legata ſunt. nã vſusfructus ex tempore.& ad tempus conſtitui poteſt.vt ĵ.de vſufr.l.4.& ſi.ſed ſi prædictum modo legati dicto Titio ſeruitutem aquę ducendæ per fundum meum prædictum, vel ſeruitutem viæ.vnam eſt legatum,& non plura:quamuis dictæ ſeruitutes reales ſint prædiales non poſſunt conſtitui ex tempore vel ad tempus. vt ĵ.de ſeruit.l. Viuia.

p *Legata ſunt*] quia ex tempore.& ad tempus conſtitui poteſt,vt ĵ.de vſufr.l.4. & ĵ.ſem.etiã.l. & puto.§.vſusfr.

a *Aquæ & viæ*] Et sic relictæ alternis annis: quia nec ex tpe nec ad tẽpus, neq; sub conditione cõstituuntur, vt ff. de seruit. l. 4. licèt habeant qñque intermissionẽ sua natura, vt viæ vt ff. de seruit. l. seruitutes, & qñque ex pacto, vel volũtate hominum de æquitate, vt d. l. 4. de seruit. & quemad. ser. amitt. l. si sic. & facit ff. de itin. actuq; priv. l. 1. §. 1.

b *Intermissionem*] i. interualla. Accur.

21† Fl. qa.

D *Duos separatim*] CASVS Dãnaui in testamento hẽdem meum Titiũ, vt sineret Seiũ & Caiũ separatim vti frui fundo meo Cornelio, volens ego testator quẽlibet prædictorũ habere in solidũ vsũfructũ d. fundi, & postea decessi: & d. meus hẽs passus est eos vti frui cõiter, & non in solidũ. Quæritur, an vtriq; ex testamẽto teneatur? Et respon. q̃ sic, ff. vt suppleat cuilibet eorum æstimationem medietatis vsusfr. Nã cum vnus deberet hẽre vsumfr. totum, & alius æstimationem: non habuit quilibet eorum nisi medietatẽ vsusf. vt dictum est. Nã ipsius hẽredis onus est, vt singulis prædictorum præstet legatũ in solidum. Qua parte igitur alterum frui sineret dictus hæres, ea parte non finit alterum vti frui. h. d. hæc lex. Viuianus.

2† lib. 18. Digest.

3† F. volui. & est.

4† Flor. debet.

5† lib. 13. Digest.

6 Fl. deest, meus.

c *Duos separatim*] si separatio fit in vtendo, puta, vnus vno anno alius alio, planum est, per l. ff. quib. mo. vsusf. am. i. l. 2. in pri. & §. fi. sed li era in fetior hũc sensum non importat: sed est separatio in relinquendo, vt primo vni, secũdo alij in eodẽ fundo: eo dicto vt vterq; in solidum & sic aliter tẽ, aliter æstimationem habet, vt hic & ff. de leg. 2. l. qui duos. §. fi is alius si hoc non diceret, pro virilibus haberent, vt ff. de lega. 1. l. si pluribus, & de leg. 2. l. si plurib. & de le. 3. l. si res. & C. de ca. rol. §. vbi. Acc.

7† Fl. fructuarius.

8† Fl. respondit.

d *Voluerit*] & hoc expressit, vt dixi. Accur.

e *Non finere*] vius vnius impedit alterius vsum quo ad solidum. & est ad hoc, quod no. ff. de vi. & vi arma. l. vim facit.

D *Amnas esto*] CASVS. Ita dixi in testamento meo, dãnas esto hæres meus eius sinere Titium habitare, donec vivet in domo mea Seiana. Certè vnum legatum est.

¶ *Qui duos*] Caius habebat duos fundos: vnus quorũ vocabatur Titianus, & alter Seianus, pone. Legauit Titianum Titio, & vsumfructum Seiani legauit Seio, & postea decessit: nũc apparet, q̃ Seius fructuarius non habeat viam ad fundum Seianũ, nisi vadat per fundum Titianum Titio legatum. vnde petit d. Seius à Titio seruitutẽ viæ per fundum Titianũ. Quæritur, vtrũ teneatur præstare ei Titius? Et tñ. q̃ non: alitẽr põt Titius vendicare fundũ Titianum ab hærede, nisi prius ius transeundi per eũ præstet d. Seio. nam & si fundus Titianus nõ esset legatus Titio, sed remansisset in hẽditate Caij, teneretur hẽs præstare viã per eũ d. Seio fructuario fundi Seiani. Sicut ergo Caio testatore viuo ibãt nũcij Caij p fundũ Titianũ ad fundũ Seianum: ita & Caio mortuo ferentur, s. vt Seius possit ire ad fundũ Seianum per fundũ Titianum Titio legatũ. donec durat Seio vsusfr. ad fundũ Seianum per mortem, vel capitis diminutionẽ Seij. hæres apud quẽ erit plena proprietas fundi Seiani, poterit habere viam ad fundum Seianũ per fundum Titianum d. Titio legatum. Viuia.

9† Fl. potest.

10† Fl. videtur.

f *Videatur esse*] & iõ semel dies eius cedit: alias secus, vt ff. eo. l. habitationis. Accur.

g *Deberetur*] ab alio fundo legato. Accur.

h *Secundum voluntatem*] s. tacitam, vt & ex eius viuentis consuetudine præsumendam. Accur.

1 Volũtas tacita, ex ordine interpretatur. non expressa. Sali. l. cũ virum. 4. col. C. de fideic.

i *Præstet*] legatarius: sed certè imò hæres debet redimere à legatario nõ legatarius gratis præstare, vt ff. de leg. 1. l. seruũ filij. §. fi. q̃ videtur cõtra. Solu. hic aliunde viã nõ habebat, vt ff. hac l. sibi fieri licèt cum incommodo. Nam aliquid statuitur, vbi prorsus vsusfructus peritureretur, quod non fieret alias. vt C. de pre. impe. offe. l. 2. & l. rescripta. Vel verius hanc expone ĩm illã, s. vt legatarius præstet coactus ab hærede per retentionem, vel conditionẽ incerti, si oblitus tradidit nullo pretio dato, vt in contra. no. In via ad sepulchrũ dic vt ff. de relig. l. si ags sepulchra, & facit ff. si ser. ven. l. testatrix. & de leg. 1. l. si fundum. §. qui fundum. & ff. de seruit. vrba. prædior. l. bi. as. & si vsusfr. pe. a. l. i. & ff. tit. a. l. 1. & leg. 3. l. si cui ædes. & ff. de fun. instru. l. prædia. §. fi & ff. de ser. vrbanorum prædior. l. olympico.

12† Flor. est.

L *Legatum*, CASVS. Legauit ciuitati Bononiensi duos fundos, pone vt ex reditibus eorũ singulis annis in ea ciuitate memoriæ meæ seruandæ gratia curratur ad palliũ: quod Bononiæ fieri non licet propter statutum fratris Ioan. Quæritur, vtrũ pecunia, quæ debebat expendi in pallio, debeat cedere lucro hæredum meorum? Et dic q̃ non: sed potestas Bononiæ debet in alio licito spectaculo expendere eam in memoriam mei testatoris cum consilio hæredum meorum, & Seniorum populi, & mercatorum. Viuia.

k *Legatum*] scilicet fundi.

l *Ex reditibus*] scilicet dicti legati. Accur.

m *Quotannis*] id est singulis annis. Accur.

n *Cedere*] nullo igitur priuilegio vtitur hic Respub. qm̃ nobis, quibus illiciæ conditiones, aut modi apponuntur. hoc in commune concedimus, vt multis exemplis ostẽditur. R. vt ff. de condi. insti. l. cõditiones cõtra edicta. & insti. de hæredi. instit.

Titius nõ esset legatus Titio, sed remansisset in hẽditate Caij, teneretur hẽs præstare viã per eũ d. Seio fructuario fundi Seiani. Sicut ergo Caio testatore viuo ibãt nũcij Caij p fundũ Titianũ ad fundũ Seianum: ita & Caio mortuo ferentur, s. vt Seius possit ire ad fundũ Seianum per fundũ Titianum Titio legatũ.

uitute aquæ, & viæ: [a] viæ. n. seruitus vna est, quæ [1]† natura sui habet intermissionẽ. [b]

Si hæres non præstat duob. in solidum secundũ defuncti volũtatẽ. cuilibet tenetur ad id, quod sibi deficit. Bart.

Celsus. [2]†

LEX XIV.

DVos separatim [c] vti frui sinere damnatus hęres, cõmuniter vti frui passus est. Quærebatur, an vtrique ex testamẽto teneretur? Dixi teneri, si testator vtrũque solidum habere voluerit: [d] [3]† nam ipsius onus esse, vt solidum singulis legatum præstet. Qua parte igitur alterũ vti frui sineret hæres, ea parte eum nõ sinere [e] alterũ vti frui, ideoq; per æstimationem vnicuique, quod deest, replere debere.†

Marcellus. [5]†

LEX XV.

DAmnas esto hẽs meus [6]† Titium sinere in illa domo habitare quoad viuet. Vnum videtur esse [f] legatum.

Ei, cui legatur fructus fundi, debetur via per aliũ fundum testatoris etiam alteri legatum. Bartolus.

¶ Qui duos fundos habebat, vnum legauit, & alterius fundi vsumfructum alij legauit. Quæro, si vsusfructuarius [7]† a fundum aliunde viam non habeat, quàm per illum fundũ, qui legatus est, an fructuario seruitus debeat? ℟ Rñdi, [8]† quemadmodum si in hæreditate esset fundus, per quem fructuario posset [9]† præstari via, secundum voluntatem [h] defuncti videretur [10]† id exigere ab hærede: ita & in hac specie non aliter concedendum esse legatario fundũ vẽdicare, nisi prius transeundi ius vsufructuario præstet, [i] vt hæc forma in agris seruetur, quæ viuo testatore obtinuerit, siue donec vsusfructus permanet, siue dum ad suam proprietatem redierit.

Relictum ad opus illicitũ, dẽt conuerti ad opus licitũ de consensu partium: secus, si ad opus licitũ fuerit relictum. B.

Modestinus. [11]†

LEX XVI.

LEgatum [k] ciuitati relictũ est, [*] vt ex reditib. [l] quotannis [m] in ea ciuitate, memoriæ defuncti cõseruandæ grã, spectaculum celebretur, quod illic celebrari non licet. Quæro, quid de legato existimes. Modestinus rñdit, cum testator spectaculũ edi voluerit in ciuitate, sed tale, quod ibi celebrari non licet, iniquum esse, hanc quantitatẽ quam in spectaculũ defunctus destinauerit, lucro hæredum cedere. [n] Igitur adhibitis hæredibus, & primoribus ciuitatis, dispiciẽdum esse, [12]† in quam rẽ conuerti debeat fideicõmissum, vt memoria testatoris alio, & licito genere celebretur.

1 Volũtas tacita, ex ordine interpretatur. non expressa. Sali. l. cũ virum. 4. col. C. de fideic.

11† lib. 9. Respon.

* Vide in hũc locũ Alciat. lib. paret. 1. c. 22.

inſti.§.impoſſibilis, & facit ff.de cõd & dem.l.in teſtõ quidam.& de adminiſtratio.rerum ad ciui.pertinẽ.l.legatum. in prin.& §.fi.& l.proxi.& ſup.de leg.1.l.ciuitatibus.

QVidam] CASVS. Iuſſi fieri ludos licitos, & rogaui Seniores ne vellent cõuertere pecuniã omni anno in aliã ſpeciem aut in alios vſus. Poſt mortẽ meã Reſput. Bononiæ fierit per 4 annos. q nõ fecit dictos ludos: nũquid reditus collectos in d. quatuor annis dẽt Reſpu. reſtituere hæredibus meis, vel cõpẽſare ſibi in alijs legatis quæ reliquerã eidẽ Reip. Et reſpon. Q Perceptos fructus in dictis quatuor annis ex d. fundis dẽt hæredibus meis reſtituere Reſpu. ſi iã apprehenderat poſſeſſionẽ aliorum legatorũ à me ſibi relictorum inuitis hẽdibus meis: ſi aũt nõ apprehenderat poſſeſſionẽ aliorum legatorũ debet compẽſare d. fructus in d. alijs legatis. Viuianus.

a *Ludos*] ſ. non illicitos, aliàs ſecus, vt ſuo.l.proxi.

b *Teſtamento*] Reip. relicto. Acc.

c *Reſtituendos*] etiam ſi ſint erogati, vt C. de leg. l.nõ dubium. Item ſecundum voluntatem apprehenſa cõpẽſantur, vt ſubijcit, & facit ff.in.l.liberto.§. Lucius. & C. de expẽ.lu.l. vnica, & ff. eo.l.vrori.& ff.l.proxi. & ff.de leg 1.l.ciuitatibus.& ff.de admi. re. ad ciui. pertinen.l. 1.

QVi plures] CASVS. Ego habẽs plures libertos, ita dixi in meo teſtamẽto, relinquo habitationẽ illis meis libertis, quos in codicillis nominabo, & poſtea nullos i codicillis nominaui.& poſtea deceſſi. Certè nullus libertorũ dẽt habere habitationem: non enim fuit perfectum legatum. Viuia.

d *Non videri*] ſecus ſi dixerit, vni ex libertis meis dato, vt ſupra de leg.2.l.ſi quis Titio.§.ſi hæres. Acc.

e *Intelligi poſſit*] nã incertę perſonæ non põt legari, vt Inſt. de leg.§.incertis.& ff.de re.du.l.4.& 5.& ff.de hære.inſti l. quoties.§.tantundem. Sed cõtra ſup de lega 2.l.cum pater. §.fi.Sol.vt ibi.& eo. modo ſol.C. de inſt.& ſubſt.l. ſi teſtamentum facit inſ.de verb.oblig.l. tritticum.

ADDITIO. Dic quod ibi erat certa perſona, licet fines erãt incerti: hic vero erat incerta perſona ſecundum Bar. hic.

SI alij fundum] CASVS. Legaui Titio fundum meum Titianum & Seio legaui vſumfructũ eiuſdem fundi eo animo vt Titius haberet nudã proprietatem, & Seius vſumfructũ & poſtea deceſſi. Certè fundus erit Titij, & medietas vſusfructus erit eiuſdẽ Titij, & alia medietas Seij, quia ego teſtator laplus fui errore. Appellatione. n. fundi plena proprietas continetur, & ita hoc caſu plus valet ſcriptura, quã illud, quod in corde agebam ego teſtator: agebã aũt, vt dixi, vt Titius haberet nudam proprietatem, & Seius totum vſumfructũ. Si autem vellẽ ita venire ſicut in corde gerebã, ſ'a debereẽ dicere. Titio fundum detracto vſufructu lego: Seio eiuſdẽ fundi vſumfructum hæres dato: quo caſu Titius habebit nudã proprietatem, & Seius totum vſumfructum. f *Stichum*] Stichonem. Titio. Acc.

g *Commutabitur*] imo non vti ſ. fa. ſer. l. & puto ff. Iuliano, quæ eſt contra. Solu. ibi. ſed pro hoc ſ. de vſufr.accreſ. l. ide Nera in ſ. non ſolũ. & d vſufruc. ar. l. ſi ibi. h *Actum ſit*] id eſt actum creditur, non tamen eſt certum: alius præſumit actum ſecundum R. ſed Io. & Azo. & Hugo. dicunt etiam ſi probetur hoc ſenſiſſe, tamen ſtabimus ſcripturæ. vt & C. de iudic. in. l. cum virũ. In eo quod dicit ibi plerunque, & ſecundum iſtos eſt contra. C. plus val. quod agitur. l. 1. & C. de libe. præte. l. ſi quis filium. Solu. hic ſpeciale. vt & alia quæ notantur C. plus val. quod agi. l. 1. & ſa. ff. de ſupel leg. l. Labeo. & de leg. 3. l. non aliter.

SIſtichum] CASVS. In teſtamento meo dedi libertatẽ Stichо ſeruo meo ſub conditione, ſi nauis ex Aſia venerit vſque ad annum. & eiuſdem ſerui vſumfructum legaui purè Titio: cenſ valet legatum vſusfructus. Pendente enim conditione libertatis nõ eſt liber. Viu.

i *Legatum*] interim, & facit C. de neceſſa. ſer. hære. inſtit. l. pen. §. & quod ibi no. Accur.

TItio vſusfructus] CASVS. Legaui Titio vſumfructũ Stichi ſerui mei: aut ſi nauis ex Aſia venerit, decem. & poſtea deceſſi: vult ſtatim Titius petere vſumfructum Stichi ſibi purè legatum: nunquid poteſt? & dicitur quod nõ. Cum enim fuerit alternatiuum legatum, dẽt eſſe hæredis electio, quod legatum ſoluat: auferetur autem hæredi electio prædicta, ſi ſtatim poſſet Titius petere vſumfructum Stichi, & non expectaretur vtrum conditio de legato decem exiſtat, vel deficiat, quod quidem eſſe non debet. Viu.

k *Titio vſufructus*] licet purè legatus.

l *Deficiat*] ſac. infra quan. di. lega. vel fideicommiſ. cedit. l. ſi vſufructu. in principio, & l. cum ita. & heum illud. & ſup. de lega. primo. l. cum res, §. ſi Stichus teſtitutus. & l. ſi quando quis. §. 1.

PAtrimonij] CASVS. Ita dixi in teſtamento meo. Patrimonij mei reditum volo dari vxori meæ omnibus annis. & poſtea deceſſi. Poſtea cum vxor mea ad aliquot annis percepiſſet dictum reditum, deceſſit: nunquid dictum reditum ad hæredem ſuum tranſmittit? Reſpondeo quod non, quia dictum legatum eſt ſimile vſufructui in legato vel legato relicto in annos ſingulos: de quibus duobus legatis non eſt dubium quin finiantur morte legatarij. Viuianus.

Scæuola. 1†

LEX XVII.

QVidam reipublicæ prædia legauit, de quorum reditu quotannis ludos [a] edi voluit, & adiecit, Quæ legata peto, Decuriones, & rogo, ne in aliam ſpeciem, aut alios vſus conuertere velitis. Reſpublica per quadriennium continuum ludos non edidit. Quæro, an reditus, quos quadriẽnio Reſpublica percepit, reſtituere debeat hæredibus, vel compenſare in aliam ſpeciem legati ex eodem teſtamento? [b] Reſpondi, [2]† etiam inuitis hęredibus poſſeſſione apprehẽta, percepios fructus reſtituendos [c] eſſe, & nõ erogatos [3]† ſecundum defuncti voluntatem, in alia, quæ deberentur compenſari.

Si non apparet perſona legatarij, legatum redditur nullum. Bar.

Modeſtinus. 4†

LEX XVIII.

QVi plures habebat libertos, teſtamẽto ſuo dixit, ſe habitationem relinquere ijs, quos codicillis deſignaſſet. Cum nullos poſtea deſignauerit, quæro, an omnes admitti debeant? Reſpõdi, [5]† ſi patronus, q ſe deſignaturũ perſonas libertorũ pollicitus eſt, nullũ poſtea deſignauit, legatũ habitationis perfectũ eſſe non videri, [d] [6]† nõ euitãte, cui datum intelligi poſſit. [e]

In dubio debet ſtari ſcripturæ, etſi aliud actum ſit, dummodo de illo non conſtet. Bar.

Idem. 7†

LEX XIX.

SI alij fundũ, alij vſumfructum eiuſdẽ fundi teſtator legauerit, ſi eo ꝓpoſito fecit, vt alius vſumfructũ, alius nudam haberet proprietatẽ, errore labitur. [f] 8† Nã detracto vſufructu, proprietatem eum legare oportet eo modo, Titio fundũ detracto vſufructu lego: vel, Seio eiuſdem fundi vſumfructũ hæres dato, quod nihil fecerit, vſusfructus inter eos cõmunicabitur. [g] Quia [9]† interdũ plus valet ſcriptura, quam quod actum ſit. [h] 10†

Pomponius. 11†

LEX XX.

SI ſeruum ſub conditione liberum eſſe iubeã, & vſumfructum eius tibi legauero, valet legatum. [i]

Paulus. 12†

LEX XXI.

TItio vſusfr. [k] Stichi, aut ſi nauis ex Aſia venerit decem legata ſunt. Non petet vſumfructum ante, quã conditio de decem exiſtat, vel deficiat: [l] ne poteſtas hæredi, vtrum velit dandi, auferatur.

1† Fl. reſpondit, & inuitis 2† Fl. reſpondit. 3† Flo. & non erogatum. 4† li. 9. Reſponſo. 5† Fl. reſpondit. 6† Fl. nõ videtur. 7† li. ſingulari de Euremaris. 8† Fl. eo ꝓpoſ. oſcit, vt alter nudã proprietatem habeat, error labitur. 9† Flo. ꝙ actũ ſit. 10† li. 8. ad Q. Mutiũ 12† lib. 7. ad l. Iuliã & Papiã.

a *Simile*]& sic morte finitur.vt Instit.de vsuf. §. finitur.
b *In annos singulos*]& tũc similiter finitur morte, vt ſ. ti. l. in singulos,sed non aperit an sit vsuf.Sed dic, quod non.vt no.sup.de vsufr.l.si quis ita,& facit inf.e.l.fundi.& sup. vsufru.quemadmo.ca.l. idem est.

Ulpianus. 2†

LEX XXII.

PAtrimonij mei reditũ omnibus annis vxori meę dari volo. Ariſto respondit,ad hæredem vxoris non transire, quia aut vſufructui simile [a] esſet, aut huic legato, In annos ſingulos. [b]

Iulianus. 2†

LEX XXIII.

LIcet [c] testatori repetere legatum [d] vſusfructus,vt etiam post capitis diminutionem [e] deberetur. [3†] Et hoc nuper Imperator Antoninus ad libellum rescripsit, tunc tãtum esse huic cõstitutioni locum, [f] cum in annos ſingulos res legaretur. [4†]

Vsuræ pecuniæ fœneratæ per defunctum,quandoq; currentes debentur fructuario cauẽti,sed si per hæredem fuit fœnerata, à tempore moræ debentur. Bar.

Papinianus. 5†

LEX XXIV.

VXori vſufructu,[6†]bonorum legato, fœnus quoque ſortium,§quas defunctus collocauit,[h]post impletam ex ſenatuscõſulto cautionem [k] præſtabitur. [l] Igitur vſuras nominum in hæreditate relictorum,ante cautionem [m] interpoſitam debitas,velut ſortes in cautionem [n] deduci neceſſe eſt. Nõ idem ſeruabitur in nominibus [7†] ab hærede factis: tunc enim ſortes duntaxat [o]legatario dabunt,aut [8†] quod [p] propter moram [q] vſuras quoque reddi placuit, [r] ſuper his non cauebitur.

¶ Serapium [9†] ſeruum meum Sempronię concubinæ [10†] meæ ſeruire volo. Non videtur proprietas ſerui legata, [11†] ſed vſusfructus. [ſ]

Non valet relictum, quo fructuarius de rerum fructibus restituenda proprietario post mortem suam grauatur. Bar.

i *Et finarusconsulto* ; quo constituitur in pecunia, quasi vsufructu.vt Instit.de vsuf.§. constituitur.
k *Cautionem*]de reddenda pecunia finito vsufru.vt ſ. eo.no.
l *Præstabitur*] ab hærede vxori legatariæ.quod fœnus præstabitur,velut fructus pecuniæ,nõ velut fors: nec de eo finitur do ex fœnore cauet vxor. Accur.
m *Ante cautionem*] nam posteriores iure fructuum lucratur. 6† Fl.fructu.
n *In cautionem*] de reddendo finito vsufru. Et no.ar.g.q̃ fructuarius non facit fructus suos ante cautionem præstitam, ſm Al.Azo.contra.si bona fide percipiat. i. si non credebat se teneri satisdare.
o *Dantaxat*] non autem vſuras, quas lucrifecit hęres ex pecunia hæreditaria, quia ex ſua negotiatione est eas consecutus.vt arg.ſ. de hæreven. l. venditor. & ſ. ad leg. Fal. l. ;. Itẽ nec fuerunt defuncti. licet sors fuerit hæreditatis. De ſua enim ĩtelligi non potest, cũ dicat ſortem dãdam legatariæ. Item fœnerabat suo periculo, vt ar. ſ. mãda. l. idemq; §. si mandauero, & ℔ foc. l. si vnus, §. si vnus. 7† Fl. deest, in. 8† Alias & quod.
p *Aut, quod*] Potest dici, q̃ sit vnus casus abinde. Non idẽ &c. vsque ad fi. huius. ſ. Et sic est sensus, q̃ hæres det sortem, item vſuras, quas percepit ex mora debitorum,vel ex ſtipulatione: & hoc quãdo erat iam in mora dandi vxori, cui mutuauit, & secundum hoc non cauebit vxor. Vel secundum aliam lecturam nõ cauebit ab vxore hæredi, quia eas lucratur propter moram hæredis,sed secundum hoc,quare dixit duntaxat sortes? Respon.corrigit ſe,cum dicit, Aut,quod &c. quasi dicat,aut, pro, &, ſ. & illud, quod placuit hæredi ſtipulanti vſuras propter moram debitorum reddi, postea ſub. & super his vsur. &c. Sed hæc lectura non placet,quia cum ex ſua mora hæreditate neatur legatariæ ad vſuras,iam nõ curo,mutuauerit ante moram,vel post. Dic ergo duos esse casus abinde. Non idẽ &c. vsque in fi. §. & primus deducit vſuram, quã hæres percepit à debitoribus non dandam legatariæ, ſed eam lucratur rõnibus,quas prædixi in ſuperiori glo. ſup. Et ideo non cauet legatariæ,quia non hẽt vſuras. Secundus,ſi hęres fuit in mora,dabit vſuras legatariæ, vt lucretur. & non cauebat, vt ibi, aut,quod &c. & dic. aut, pro, &: moram, ſcilicet hæredis, & placuit,ſcilicet Iuriſc.vt supra,de lega 2. l. Titia. §. vſuras & facit ad §. C. eod. l. 1. 9† Fl.fuit pũ. alias ſcripũ. & alias Serapiũ. 10† alias consobrinæ 11† Flor. relicta.
q *Propter moram*] ſcilicet hæredis.
r *Placuit*] ſcilicet iam. Azo.
ſ *Vsusfructus*]nisi hoc testator intellexerit, vt ĩf. de ſta. lib. l. cum hæres. §. Stichus.

Qui fructus]CASVS. Titius legauit vxori meæ vſumfructũ prædiorũ duorum, Titiani & Seiani, & ita postea dixit in eodem testõ. Volo redire ad hæredes meos dicta prædia cum reditibus post mortem dictæ meæ vxoris, & postea decessit dictus Titius testator, & post multos annos fortè decessit dicta vxor ſua,quæ iã vſa, & fruita erat dictis fundis. nunquid ex fideicommiſſo prædicto testatoris proprietas dictorum fundorũ, vel vſusfructus debet reuerti ad eos hæredes? Et dicitur,quòd non,& est ratio,quia res futuri dictorum prædiorum post mortem vxoris videbant demonstrati per verba dicti testatoris, qui dixit, vt dictum est,post mortem vxoris prędia cum reditibus redire debere ad hæredes ſuos. Dicti autem futuri reditus reuertuntur ad

hæredes

1† lib. 15. ad l. Iuliã & Papiã.

2† Fl. Iunius Mauricianus li. 2. ad l. Iuliam & Papiã.

3† Alias, debeatur, & hoc nuper Imp. noſter ad lib. reſcripſit. tunc tãtũ eẽ huic conſtit. locũ, in annos ſingulos relegetur.

4† Fl. relegaretur

5† lib. 7. Reſpõſo.

a *Legatum*]etiam tacitè.vt in f. exemplificat.
e *Capitis diminutionem*] legatarij.
f *Locum*]vt tacita fiat repetitio.cum &c. q. d. non quando ſimpliciter legatur,ſed certè & expreſsè potest reperi, vt ſ. ti. l. l. in ſingulos.& sup. quem notauimus in l. ut in prin.

Vxori vſumfructu]CASVS. Legaui vxori meæ vſum fructũ bonorũ meorũ,cum haberem multos debitores, quib. mutuauerã denarios,& postea deceſſi. Venit vxor mea postea ad hũdes meos,& cauit eis ã tãta pecunia reſtituenda ſi moriet,vel capite minuet, quãtã ego defunctus mutuaueram dictis debitoribus,& petijt ab eis hũdibus pecuniã creditã prædictã, vt ſic ex ea habere poſſit vſumfr. ſm meum præceptũ. Postea hũdes egerunt cõtra dictos debitores, & exegerũt ab eis pecuniã cum vſuris, quæ cucurrerunt ante dictam cautionẽ, & post,vnde dicta mea vxor vult habere vſuras anteriores,& posteriores. Quæritur,vtrum poſſit habere,& petere? Et reſpon. q̃ non,imo illas tantum, quæ cucurrerunt post dictam cautionem, & eas non tenebitur reſtituere hũdibus finito vſufructu: illas aũt vſuras, quæ cucurrerunt ante prædictam cautionem,conſequi dẽt vxor, ſed non lucrari: imò in dictam cautionem dẽnt deduci,ſicut deducũtur,dum ponuntur ſortes,& eas reſtituere tenebitur ſicut ſortes. Si aũt hũdes mutuaſſent dictam pecuniam, & non ego teſtator, non debebit tunc habere dicta mea vxor niſi ſortes, & non vſuras,quæ cucurrerũt ante dictã cautionem,vel post. Si aũt hũdes ſint in mora dandi dictas ſortes vxori meæ prædictę, tunc ex mora eorũ tenentur ei ad vſuras,& nõ debebit vxor cauere eis. Resſit rẽdis ex mora vſuris finito vſufructu: licet teneatur cauere de reſtituendis illis vſuris, q̃ ante dictã cautionẽ cucurrerunt ã debitores hæreditarios, vt dictum eſt.

¶ *Serapium*]Ego habẽs ſeruum nomine Serapium, ita dixi in teſtamento meo, Serapium ſeruum meum Sempronię concubinæ meæ ſeruire volo, & postea deceſſi. Certè non videor legaſſe concubinę proprietatem ſerui, ſed vſumfructum tantum.& hoc dicit. Viu.

g *Sortium*]deest pecuniarum.
h *Collocauit*]deest ſub vſuris mutuauit.

hæredes ipſo iure: ergo nihil operantur dicta teſtatoris verba ad fideicommiſſum. Item præteriti reditus non debent redire ad hæredes, quia tõne vſusfructus eos lucrata eſt vxor. Itẽ & proprietatem dictorum fundorum habent iure hæreditario, & ſic non poſſunt habere ex fideicõmiſſo. benè ergo imperitia fuit lapſus dictus teſtator. q voluit, & credidit, q dicti fundi cum reditib. reditẽt ad hæredes ſuos poſt mortem vxoris ſuæ fructuariæ ex fideicommiſſo. Viu.

1† Lib. 8. Reſpõſo.

2† Fl reliquit.

a *Prædiorum*] ſcilicet aliquorum certorũ.

3† Fl. dominus.

b *Eius*] ſcilicet vxoris. Accurſius.

4† Fl. dedit.

c *Imperitia*] iuris, quia neſciebat morte finiri vſumfructum, cum l. dicat contrarium, vt Inſtit. de vſufr. §. finitur.

5† Fl videbãtur.

d *Neq; proprietatis*] quoniam habet eam iure hæreditario. Accur.

e *Neque fructus*] ſcilicet præteriti temporis, quos vxor percepit, & quia fuerunt ſui iure legati, & ſic benè ſequitur. Etenim &c. ad quod eſt ſup. de leg. 3. l. quod his. Sed arg. contra inf. ad Treb. l. in fideicommiſſariam. Vel dic, fructus futuri temporis non redeũt ad eos, id eſt, ad hæredes, ſcilicet, iure fideicommiſſ. ſed iure conſolidationis. Quia ergo de futuris ſenſit, nullum eſt fideicommiſ. in eis, & hoc ſubijcit, Etenim &c.

6† Li. io. Quæſtio.

f *Videntur*] ſic ergo adiectio illa, poſt mortem. &c. ſuperflua eſt: & hoc ideo, quia imperitia lapſus ſic dixit: aliàs ſecus forte, vt inf. de au. & argen. l. ſpecies, & ſup. de vſufru. ea. re. quæ vſu conſu. l. ſi.

Idem.[1] †

LEX XXV.

QVi fructus prædiorum [a] vxori [2] † legauit, poſt mortem eius [b] prædia cũ reditibus ad hæredes ſuos redire voluit, imperitia [c] lapſus. Nullum fideicommiſſum dicimus,[3] † neque proprietatis, [d] neque fructus [e] ad eos reuerti debere. [4] † Etenim reditus futuri, non præteriti temporis demonſtrati videntur. [5] †

Sicut morte finitur ſpes uſusfructus iam conſtituti, ita finitur ſpes uſusfructus conſtituendi. Bart.

Paulus.[6] †

LEX XXVI.

SEmpronius * Attalus ab hęrede ſuo fundum in Italia Caio Seio poſt decennium, deducto vſufructu, dari iuſſit. Quæro, cum medio [g] hoc decennij ſpatio hæres vita functus ſit, an poſt tempus decennij plenus fundus ad legatarium pertineat? mouet enim me, quòd dies legati huius, ſiue fideicommiſſi ceſſerit, [h] ac per hoc ad hæredem [7] † legatarij pertinere potuerit, & ideo, quaſi circa debitum iam legatum mortuo hęrede, vſusfructus extinctus ſit, [i] nec ad hæredis hæredem pertinere poſſit. Reſpondi, Dies quidem fideicommiſſi, vel legati ſtatim cedit, cum poſt [k] certum tempus hæres dare rogatur, ſiue iubetur, ſed vſusfruct. [l] nondum eſt hæredis, niſi cum dominium, deducto vſufructu, præſtiterit, [8] † & ideò capitis diminutione, vel morte perire non poteſt, [m] quod nondum habuit. Idem euenit ſi proprietas, deducto vſufructu, ſub cõditione legata ſit, & pendente conditione hæres deceſſerit. Tũc enim ab hærede hæredis incipit vſusfructus, [n] qui & in perſona [9] † eius finietur. Sed his caſibus de ſententia teſtatoris quærendum eſt, qui vtique de eo vſufructu detamen vſusfructus dicti fundi nondum eſt hæredis, niſi cũ dominium dicti fundi præſtiterit legatario deducto vſufructu. Et ideo ſi hæres capite minuatur, vel moriatur ante decennium, ſicut fecit in noſtro caſu, nõ poteſt perire vſusfructus, quẽ hæres non habebat adhuc tempore mortis ſui. & ſic ab hærede hæredis incipiet in noſtro caſu vſusfructus, & ex perſona eius finietur. Et quod dixi in legato relicto poſt diem certum, habet locum in legato relicto ſub conditione. Si autem appareat voluntatis expreſſa teſtatoris velentis prius finire vſumfructum morte hæredis, quàm vim habeat hæc mortis euentus etiam ante decennium finietur vſusfructus, quo finito, ſolida, & plena proprietas debet ad legatarium pertinere eo tempore, quo dari ei fundum hæres hæredis, id eſt, poſt decennium, vt dictũ eſt. Nec hoc caſu poteſt hæres plus tranſmittere ad hæredem ſuum, quam ſi iam habere cæpiſſet vſumfructum ipſe hæres. Quin quidem caſu, ſine dubio, non tranſmitteret hæres vſumfructum ad hæredem ſuum, quia morte eius finitus eſt.

7† Fl. & ad hæredem.

8† Fl. præſtiterit.

9† Fl. qui ex perſona.

¶ *Si fundum*] Legauit Titio, & Seio fundũ meum Titianum, & Caio legauit vſumfructum eiuſdem fundi, & poſtea deceſſit. Quæritur, qualiter diuidatur vſusfructus inter eos tres? Et dicunt quidam, quod quilibet eorum debet habere tertiam partem, ſed malè dicunt: imò debent fieri duo ſemiſſes de vſufructu, vnum habebit Caius, cui legatus eſt vſusfructus, alterum Titius, & Seius quibus legatus eſt fundus. Idem erit è contrario, ſcilicet, ſi legauit Caio fundum prędictum, & Titio, & Seio vſumfructum eiuſdem fundi. Nam & in hoc caſu fierent duo ſemiſſes de vſufructu, alterũ quorum habebit Caius, & alterum Titius, & Seius, quibus legauit vſumfructum, & inter dictum Titium, & Seium in vſufructu, coniunctos, erit ſolum modò ius accreſcendi. Vnde, ſi ponas Titium decedere, Seio accreſcit ſua pars dicti vſusfructus, & non debet habere inde aliquid Caius, cui ſolli legata eſt proprietas, & hoc dicit. Vinianus.

Sempronius] CASVS. Quidam nomine Sẽpronius Attalus inſtituit ſibi hæredem Titium, & fundum ſuũ Sẽpronianũ, quẽ habebat in Italia, iuſſit dari Caio Seio poſt decennũ, deducto vſufr. & ita voluit, quod Titius hęres eſſet vſufructuarius dicti fundi poſt decennium, & Caius Seius eſſet proprietarius, & poſtea deceſſit dictus teſtator, & in quinquẽnio, pone, deceſſit dictus hęres eius, & poſtea tranſierunt alij quinq; anni, & ſic tranſiuit decennium à morte teſtatoris, & ſic venit ipſe dandi dictum fundũ dicto Caio Seio, vt teſtator dixerat. Petit modò ab hærede hæredis Caius Seius plenum fundum, i. non deducto vſufructu, hæres autem heredis vult deducere vſumfructum, ſicut poſſet deducere Titius hæres, ſi viueret. Quæritur, quid iuris ſit? Et videtur, quòd dictus hæres hæredis non poſſit vſumfructũ deducere, quia dies dicti legati, ſiue fideicommiſſi iã ceſſit. Nam fuit relictum poſt diem, ſcilicet, poſt decennium. At illa legata, quæ relinquuntur poſt diem certum, cedunt etiam antequam veniat dies, & per hoc etiam ad hęredem Caij Seij legatarij pertinere potuit, ſi moreretur legatarius ante diem. Et ideo iam videtur debitum dictum legatum Caio Seio, & videtur per conſequens vſusfructus pertinere ad hæredem, etiam ante decennium. Vnde mortuo hærede ante decennium, vt fuit in noſtro caſu, vſusfructus videtur extinctus: non videtur poſſe pertinere ad hæredem hæredis. Sed tamen reſpon. in contrarium, ſcilicet, quòd hęres hæredis poſſit deducere vſumfructum dicti fundi, cum datum poſt decennium dicto Seio, quia licet dies dicti legati, ſiue fideicommiſſi ceſſerit ſtatim poſt mortem teſtatoris,

Caio legauit vſumfructum eiuſdem fundi, & poſtea deceſſit. Quæritur, qualiter diuidatur vſusfructus inter eos tres? Et dicunt quidam, quod quilibet eorum debet habere tertiam partem, ſed malè dicunt: imò debent fieri duo ſemiſſes de vſufructu, vnum habebit Caius, cui legatus eſt vſusfructus, alterum Titius, & Seius quibus legatus eſt fundus. Idem erit è contrario, ſcilicet, ſi legauit Caio fundum prędictum, & Titio, & Seio vſumfructum eiuſdem fundi. Nam & in hoc caſu fierent duo ſemiſſes de vſufructu, alterũ quorum habebit Caius, & alterum Titius, & Seius, quibus legauit vſumfructum, & inter dictum Titium, & Seium in vſufructu, coniunctos, erit ſolum modò ius accreſcendi. Vnde, ſi ponas Titium decedere, Seio accreſcit ſua pars dicti vſusfructus, & non debet habere inde aliquid Caius, cui ſolli legata eſt proprietas, & hoc dicit. Vinianus.

a *Prædiorum*] ſcilicet aliquorum certorũ.

b *Eius*] ſcilicet vxoris. Accurſius.

c *Imperitia*] iuris, quia neſciebat morte finiri vſumfructum, cum l. dicat contrarium, vt Inſtit. de vſufr. §. finitur.

d *Neq; proprietatis*] quoniam habet eam iure hæreditario. Accur.

TVtorem, 2† qui pupilli sui nomine [a] fallum, vel inofficiosum testũ dixit, non perdere sua legata, si non obtinuerit, [b] optima ratione defenditur. Et si libertum patris [c] pupilli sui [3†] nomine [d] capitis accusauerit, non repelli à bonorum possessione cõtra tabulas, quia officij necessitas, [e] & tutoris fides excusata esse dẽt, nec quisquã iudicium calumniæ notabit tutorem, qui non suis simultatibus [e] accusationẽ sub nomine pupilli instituit, sed cogente forte matre pupilli, vel libertis patris [f] instantibus. Et si tutor reum aliquem postulauerit pupilli nomine, & iõ non sit executus, quod interim ad pubertatem pupillus peruenerit, non oportet dici in Turpillianum eũ senatusconsultum incidisse. [g] Discreta [h] sunt enim iura, quamuis plura in eandem personã deuenerint: aliud tutoris aliud legatarij. Et cum non suæ personæ iure, sed pupilli [i] accusauerit, propriam pœnam mereri non debet. Denique pupillo relicta in eo testõ, nisi à Principe conseruata sint, pereunt, [k] adeo ille, [l] est accusatoris defensor, & quasi patronus. Idem & Sabinus scripsit libris ad Vitellium.

Senatusconsultum, quo cauetur auferendũ ab eo, quod quis tacitè vult restituere incapaci, habet etiam locum, si hæres restituat id, quod potest retinere ratione Falcidiæ.

Caius. 4†

LEX XXIII.

SI quilibet [m] hæres ex cuiuscunque testõ tacitè rogatus fuerit, vt quadrantem, quẽ legis Falcidię beneficio retinuit, [n] non capienti restituat, æque locus erit Senatusconsulto. [o] Neque enim multum intererit inter tale fideicommissum, & cum quis id, quod ad se ex hęreditate peruenerit, restituere rogatus sit.

Papinianus. 5†

LEX XXIV.

SI testamentum patris iure factum filius negauerit, F [6†] quoniam de iure disputauit, nõ iudicium defuncti [7†] impugnauit, [q] aut accusauit, retinet defuncti voluntatem.

Sola ratio coniunctionis non inducit præsumptionem fraudis. Item vt locus sit fisco, oportet in personam incapacis diem cedere. Bar.

Idem. 8†

LEX XXV.

SI gener socerum hæredem reliquerit, taciti fideicommissi suspicionem sola ratio paternæ [r] affectionis non admittit.

¶ Apud Scæuolam lib. xxx. Digestorũ Claudius notat: Si viuo testõre decesserit is, cui illicitè [s] legatum relictũ erat, [9†] non à fisco hoc vẽdicatur, [10†] sed apud eum à quo relictum est, remanet. [t]

de suo largitur. vt argum. inf. de iure fisci. l. Lita fidei. in fine. Accursius.

Si testamentum patris] CASVS. Quamuis ille, qui dicit testamentum falsum. & succumbit, perdat illud. & sibi in eo testamento relictum est. & detur fisco. vt sup. eod. l. Papinianus. & l. post legatum. §. si pater. tamen ille non amittit, qui dicit testamentũ non iure factum propter solennitatem deficientem: quia tunc videtur de iure disputare, & non iudicium defuncti impugnare. Viuianus.

n *Negauerit*] iure factum. Accur.

q *Impugnauit.*] s. taliter, vt perdat relictum. vere tamen impugnat. quod dic. vt sup. eod. l. post legatum.

Si gener.] CASVS. Cum haberem filiam Titij in vxorem, quæ quidem aliqua de causa non erat capax, feci testamentũ. & dictum Titium meum socerum institui mihi hæredem. & decessi. Postea venit Seius, & detulit bona mea in fiscum, dicens me debere præsumi rogasse tacitè dictum meum socerum, vt restitueret hæreditatem meam vxori meæ prædictæ, quæ erat sua filia, & hoc dicebat debere præsumi ratione paternæ affectionis. Sed hoc non debet præsumi propter hoc solum: imo oportet de hoc tacite hæredẽ esse rogatum in veritate. vt dicitur sup. eod. in princip.

¶ *Apud Scæuolam*] institui mihi hæredem Titium. & rogaui eũ vt daret centum Seio non capaci. & postea dictus Seius decessit me testatore viuente. & sic in eius persona non cessit dies legati fideicommissi vtiliter, vel inutiliter. Non vendicatur certè hoc casu à fisco dictum fideicommissũ, sed remanet apud hæredem. Viuia.

r *Paternæ*] quia loco parentis est socer. vt supra solu. matrimonio. l. quia parentis. quasi de eo cõfidat. vel paternæ. quia vxor. scilicet filia soceri erat non capax. & ideo videbatur socer institutus, vt ad filiam peueniret. quæ suspicio nõ sufficit. nisi appareat eum tacitè rogatum. vt inf. de iure fis. l. nõ intelligitur. in prin. & §. 1. & sup. eo. l. in fraudem. Sed argu. contra. C. de fideicom. l. quamuis. & inf. ad Treb. l. purè.

s *Illicitè*] quia capaci.

t *Remanet*] ad hoc est. C. de cad. tol. §. pro secundo. & su. eo. l. in fraudem. §. 1. Argu. contra. ff. de iure fis. l. 3. §. quando autem. sed aliud est mori. vt hic: aliud fieri non capacẽ. vt ibi. Item hic fallit regula, quam habet su. de inoffi. testa. l. Papinianus. §. meminisse. vt ibi dixi. & su. e. l. Claudius in §. Ac.

DE

DE CONDITIONIBVS & demonstrationibus.

¶ *Supra dictum est de legatis, in quibus quia quandoque ponitur conditio, demonstratio, modus. & causa: ideo de his dixit. Est autem conditio, quædã legati suspensio, cuius de futuro defectus, seu confirmatio pendet. Demonstratio est quædam in existentibus, seu præteritis accidentibus notitia, quo magis legatum sit liquidum, adhibita. Causa dicitur, quædam de præteritis procedens suasio, quo testamentum nostrum magis quem honoremus, sine animi pulsu de cõdit. & dem. & cau. & mod. q te. &c.*

DIGESTORVM seu Pandectarum.

LIBER XXXV.

Inforciati IX.

De conditionibus, [1] † & demonstrationibus, & causis, & modis eorum, quæ in testamentis scribuntur.

TITVLVS I.

Vlpianus. [2] †

LEX I.

LEgatis, quæ relinquuntur, dies aut certus, aut incertus, [3] † aut conditio [a] adscribitur: aut, si nihil horum factum sit, præsentia [b] sunt; nisi ipsa [4] † conditio insit. [c]

¶ Cum dies certus adscriptus est, quãuis dies nondũ venerit, solui tamẽ possunt, [d] quia certum est ea debitum [5] † iri.

¶ Dies autem incertus est, cũ ita scribitur: Hæres meus, cũ morietur, decẽ dato. nã diem incertum habet mors eius, & ideò si legatarius ante decesserit, ad hæredẽ eius legatum non transit, quia non cessit [e] dies vivo eo, quamuis certũ fuerit hæredem moriturum.

¶ Ineſt autem conditio legatis: [f] [6] † veluti, cum ita legamus, Quod [7] † ex Arescusa natum fuerit, hæres dato. aut Fructus, [g] qui ex eo fundo percepti fuerint, hæres dato. aut, Seruum, quem alij non legauero, [h] Seio dato. In his. n. tribus exemplis ineſt conditio in legato. & df legatum capere dilationẽ se ipsa, vt ff. de verbo. oblig. l. interdum. & l. inter stipulantem. §. sacram. Viuianus.

Cõditiones casuales possũt vivo testatore impleri: secus si fuerint potestatiuæ, & faciles, quia tunc debent impleri post mortem, & scienter, non fato. Bart.

Vlpianus. [8] †

LEX II.

COnditionũ quædã sunt, quæ quãdocunq; [9] † impriè non df hic, nec de puro. Sequitur videre de legato, cui tacitè ineſt cõditio, puta, quia ita legaui tibi: Quod ex Arescusa natum fuerit, hæres dato, aut fructus, qui ex fundo Titiano nati fuerint, hæres dato, aut seruum, quem alij nõ legauero, Seio dato. In his. n. tribus exemplis ineſt conditio in legato. & df legatum capere dilationẽ se ipsa, vt ff. de verbo. oblig. l. interdum. & l. inter stipulantem. §. sacram. Viuianus.

a *Conditio*] quæ apponitur per si. & cum, vt ff. de verb. oblig. l. quodcunque. §. pen. & l. huius. & adde hic tertiũ membrũ, scilicet, aut dies incertus, vt ff. eod. l. §. dies. sed dices eũ contineri sub mẽbro de conditione, vt ff. eo. l. dies, at dico hoc non esse verum: semper, vt habeatur pro conditione dies incertus, vt ff. quando dies lega. ce. l. si cùm hæres. in fi. l. & ff. eo. l. conditiones Accursius.

b *Præsentia*] i. potè debentur. sic ff. de lega. 2. l. omnia. & inf. quando dies le. ce. l. si dies. in princ. & ff. de reg. iur. l. in omnibus. sed fallit inf. ad Treb. l. epistolam. §. fi. & l. vbi. & sup. de auro & arg. leg. l. filiam. quæ sunt contra. Vel dic in illis tacitã ineſſe condõnẽ.

c *Conditio insit*] quod est quandoque ex natura, vel qualitate rei legatæ, vt in partu Arescusæ, & fructibus; quandoque ex qualitate legandi, vt seruum, quem alij non legauero, Seio dato, vt inf. §. finali.

d *Possunt*] cùm gratia onerati dies est appositus, alias secus, vt suprà de an. leg. l. eum. & de lega. secundo. l. si ita. §. Tegasius. Et est aliud in conditionali legato relicto in diem incertum, quam hic dicat, vt inf. de verb. obligatio. l. stipulario ista. §. inter certam & sup. de condi. indeb. l. qui promisit. & inf. quando di. leg. ced. l. si dies. Item in diei cessione differt purum, & conditionale, vt C. de cadu. tol. §. Il autem sub conditione.

e *Non cessit*] facit ff. quando dies leg. ced. l. si cum hæres. & ff. eod. l. hæres meus. & l. in testamento. & sup. de leg. 1. l. si pecuniam. §. fi. Accursius.

f *Conditio legatis*] non tamen per omnia est conditionale, vt infrà eodem titulo. l. conditiones. & dic, vt dixi suprà eadem. l.

g *Fructus*] sic infrà de verborum obligationibus. l. interdum. & l. inter stipulantem. §. sacram. & suprà de tritico, & oleo legato. l. cum certus. & de contrah. empti. o. l. si debitor. §. finali.

h *Non leguero*] idem si dicam, qui meus erit cùm moriar, vt sup. de leg. 1. l. 5. §. 1. & l. 6. Accursius.

Conditionum, CASVS. Quædam sunt conditiones in testamentis appositæ, quæ possunt adimpleri per eum, cui impositæ sunt qãcunque, ex quo appositæ sunt, sed & vivo testatore, & mortuo, ante aditam hæreditatẽ, & post, vt puta, si ita dixit testator, centum lego Titio, si nauis ex Asia venerit. Aliæ autem sunt conditiones, quæ non possunt impleri nisi post mortem testatoris, vt puta, si ita dixit testator, lego equum meum Titio si decem dederit Seio: vel si Capitolium ascenderit. Sed vt dictus Titius legatarius videatur conditioni paruisse, etiam scire debet conditionem sibi appositam. Nam si fato siue per fortunam, non sciens sibi appositam conditionem, adimpleuerit cõditionem, non videtur obtemperasse voluntati defuncti. Viuia.

1† Vatiãt hic exemplaria. in quibusdã. n. legitur de cõdit. & dem. & cau. & mod. q te. &c. In alijs legitur de cõdi. & demõstra. & cau. & modis q te. &c.

2† Fl. Põponius li. 3. ad Q. Mutium.

3† Fl. quę relinquũtur, aut dies incertus.

4† Du. nisi si vt ipsa, alias, nisi si vel ipsa.

5† Fl. debitum. vide Ant. Aug. li. 2. c. 1.

6† Fl. legati.

7† Ex Arethusa.

8† lib. 5. ad Sabin.

9† Fl. qãque, & paulò post. vide Ant. Aug. li. 3. c. 18.

a *Post mortem*] & harum quædam etiam ante aditam hæreditatem, quædam tantum post. vt sup. de leg. 1. quæsitũ. & ĩ. eo. l. Iulius Paulus Accursius.

b *Dederit*] Titio extraneo. & sic etiam ante aditam hæreditatem. Si aũt hæredi, tunc tantum post, vt d. l. quæsitũ. §. 1.

pleri possunt, etiam viuo testatore, vtputa, si nauis ex Asia venerit. Nam quandocunque venerit nauis, conditioni paritum videtur. Quædam sunt, 1 †quæ non nisi post mortem a testatoris, veluti, 2 † si decem dederit, b si Capitolium ascenderit. Nam vt c paruisse quis conditioni videatur, etiã scire debet hanc conditionem insertam. Nam si fato d fecerit, * non videtur obtemperasse voluntati.

Conditio impossibilis in vltimis voluntatibus habetur pro non apposita. Bart.

Idem. 3 †

LEX III.

OBtinuit, impossibiles cõditiones testamẽto adscriptas c pro nullis habẽdas.

Sicut fingitur legati præstatio, ita conditionis implementum. Bartolus.

Pomponius. 4 †

1† Quæ non nisi post mortem testatoris, veluti. 2† Fl. de decem dederit, veluti. * Nõ fusficiat fato conditiones impleri, facit gl. fi. post med. in fi. in c. venerabilis, ex ra. de dolo & contu. 3 † lib. 6. ad Sabin. 4 † lib 3. ad Sabin.

c *Non vt*] nam pro certè. vel pro, sed. d *Fato* non proficit fieri fato, sic & ĩ. de bo. poss. sin tab l. 1. ſ. sufficit. in fi. ibi, Scientiam. &c & ĩ. de acqui. hær. l. hæres institutus. & ĩ. de arbi. l. diem. in princ. Sed argu. contrà ĩ. de verb. obli. l. cum seruus. & ĩ. quẽad. test. ape. l. si in duobus. & C. de præscr. lon. temp. l. fin. & ĩ. eo l. multum. Accursius.

OBtinuit] CASVS. Legaui tibi centum sub conditione impossibili de iure. vel de natura certè pro non scripta habetur conditio. & legatum consequeris. Viuianus.

e *Adscriptas*] in persona honorati. vt lego tibi. vel instituo te. si cœlum digito tetigeris, vt hic, & ĩ. de condi. instit. l. 1. & instit. de hær. instit. §. fi. secus si in persona onerati, vt præcipio hædi, vt faciat impossibile. puta. vt cœlum digito tãgat, aliàs det x. Titio. nã non valet relictum de decem. vt Inst. de leg. §. fi. sed qñq; etiam in persona hæredis idem vt habeatur pro non apposita, sed non ad commodum fideicommissarij, vt ĩ. ad Treb. l. facta §. si sub conditione. Accur.

Si ita legatum] Ad euidentiam huius l. nota. q; si libertus partem rei imquat liberis, vel parentibus suis, & patronus postea petat bon. poss. contra tab. & sic rumpat testamentum liberti, & pro tertia hodie habeat ab hæreditate. bona dicti liberti, q; pro ea parte, consequitur ex bonis liberti, debet præstare liberis. & parentibus liberti legata eis per libertum relicta, vt ĩ. de leg. præst. bono. posse. contra tab. pe. l. prima.

CASVS. Pone ergo. q; dictus libertus legauit liberis, vel parentibus suis tantum sub conditione, si darent hæredibus scriptis centum, & postea patronus prætertus habuit per contra tab. bon. poss. liberti tertiam partem. & sic pro tertia parte debet, & vult præstare liberis & parẽtibus liberti tantũ prædictum eis legatum. Certè prætor debet temperare conditionem. sub qua dicta legata erant relicta liberis, & parentibus scilicet vt dicto patrono, & hæredibus scriptis pro portione detur ea quæ sunt apposita liberis, & parentibus gratia implendæ conditionis legati eis relicti.

f *Si ita scriptum*] Ita scripsit Caius in testamento suo. Si in quinquennio proximo Titio filius natus non erit tunc decẽ Seiæ hæres dato, postea decessit Caius testator: Postea dictus Titius decessit ante quinquennium, nunquid debẽtur Seiæ statim decem? Et videtur quòd sic, quia iam certum est Titio filium quinquennio nasci non posse. Respon. tamen hic, quòd non debentur ei nisi in fine quinquennij, qua articulus, tunc, positus in verbis testatoris significat extremum tempus quinquennij. Viuianus.

f *Si ita*] liberto instituto, extraneo. & patrono prætermisso, reliquit legata coniunctis personis, si decẽ dent hæredi. Si patronus postea petat tertiã partem per contra tabulas, soluet ēt de legatis, & habebit tertiã de decem dandis cã implendæ conditionis. sed cæteris non soluit, vt sup. de lega. 1. l. cum patronus. & ĩ. de don. l. si Patronus. & ĩ. si à parẽ. quis fuerit ma. l. 3. §. si filius. sed cum hodie habeat tertiã, neq; soluat legata etiã cõiunctis personis. vt Instit. de suc. li. §. si verò testamẽtum. videtur q; non de decem dandis causa implendæ conditionis aliquid habere debeat.

5† Nisi à patrono.

g *Præstat*] vt liberis & parentibus liberti. ad quod est C. de bono. poss. contra tab. l. 1. & dic patronus petens contra tabu. pro tertia contra scriptos hæredes.

6† Fl. cũ decem Seiæ. 7† Flor. Seiæ. 8† Fl. ũ.

h *Temperare*] vt non tota decem detur scripto, sed producitur tertia etiam ad personam patroni, qui non fuit institutus. vt inf. de lega. l. is qui. §. fi.

9† lib. 2. ad Sabin.

i *Detur*] s. dari iussa causa implendæ conditionis. & facit inf. de donati. cau. mortis. l. ei qui.

k *Mortuus sit*] & sic certum est iam Titio filium intra quinquennium nasci non posse.

l *Tunc* tum. & tunc idem significant. & facit sup. de vulg. substi. l. in substitutione. & sup. si quis cau. l. si eum. & inf. de verb. oblig. l. in illa stipulatione. & sup. de vsufru. leg. l. vxori. vsumfru. villæ. & inf. eo. l. hoc genus. Accursius.

10 20 30 40 50 60 70

Conditionibus] CASVS. Titium pupillum Instituí mihi hæredem sub conditione. Si ascenderit Capitolium, & decesserit: certè poterit dictus pupillus adimplere conditionẽ ēt sine authoritate tutoris sui. Sed obijcitur. Nonne solet dici. q; pupillus sine tutoris authoritate non obligatur hæreditati? Certè sic, vt sup. de autho. tuto. l. obligari. in prin. & §. hæreditate n. ergo malè videtur hic dicere ita indistinctè. Deberet. n. accipere illum pupillum, qui est in potestate patris instituentis eũ sub dicta conditione. Nam ille pupillus adimplens cõditionem prædictã est necessarius patris hæres. & ita inuenitur obligari hæreditati sine authoritate tutoris. quod esse non debet, vt dixi. Sed hoc non obstat, quia hoc, q; fiat necessarius hæres euenit iure patriæ potestatis, & non iure conditionis expletæ, siue impletæ. Sed pone, q; sub dicta conditione instituí mihi hæredem seruum Titij, vel filium suum familiàs, nunquid implere conditionem sine iussu patris, vel domini possunt? Et videtur. q; non. quia filius, vel seruus non possunt facere deteriorem conditionem patris, vel domini. Esset autem deterior conditio patris, vel domini, si essent hæredes per filios vel seruos eorum adimplentes conditionem, sub qua sunt instituti. Sed respon. hic, quod benè possunt adimplere dictam conditionem. q; hoc facto. id est, per dictam adimpletionem conditionis nemo fraudatur. l. neque pater, neque dominus. Nam non sunt proinde hæredes, nisi velint. Viuianus.

m *Conditionibus*] in faciendo existentibus puta. Si ascenderit Capitolium: secus autem credo, si in dando, vt ĩ. de sol. l. si forte. §. fi. Idem dico contrà, si aliquis sit iussus dare pupillo, vel facere aliquid ei. Nam fieri sine tutore potest, sed dari non potest. vt ĩ. de solu. l. si seruus. x. H. Item & impedire potest pupillus, vt ĩ. eo. l. cum pupillus.

a *Alie-*

a *Aliquando*] puta, si sit in potestate testatoris constitutus.
b *Non conditionis*] Argumentum, ꝙ non stat. impleta cõditione sit quis hæres, vt & sup. de cond. ob caus. l. i. §. si patendi. & de acquir. hæred. l. Antistius. & de cond. inst. l. ante pe. Sed contra, ſ de hæred. instit. l. in dubitati §. quia sed dic. vt ſ. de cond. ob caus. l. i. §. si patendi.
c *Conditionem*] quæ sit in faciendo, cuius fortè sit in dando. Vel refert, instituatur sit sub cõditione filius, vel seruus, dominus, an pater. In primo non potest, vt sup. de cond. instit. l. quæ sub conditione. quæ est cõtra. In secundo potest, vt hic. Vel secundum alios potest, vt habeantur pro purè institutis dominus, & pater. Accur.

1† Fl. moreti.
2† Fl. fieri.

3† li. 3. ad Sabin.

MEVIA testamẽto] MCASVS. Instituí mihi hæredẽ Titium & iussi ei, ꝙ faceret mihi monumentũ arbitrio Seij, & si non faceret, iussi, ꝙ daret centũ Caio nomine mulctæ, i. pœnæ, & decessi. Postea dictus his meus non inuenit viuum Seium, cuius arbitratu faciat monumentũ, vel non vult adesse idem Seius, vel nõ vult dicere quale fieri debeat monumentum. Certè in his tribus casibus non incidit hæres in dictam pœnam, quia per eũ non remanet. Idem est si talis pœna apponatur legatario, vel alicui alij, q capit ex vltima volũtate

4† al. 'aut tem', &c. Fl. aut rei arbitrari nolit.

5† Fl. qs.

¶ *Si seruos*] Instituí mihi hæredem Titiũ sub cõditione, si manumitteret quatuor seruos, pone, quos nominaui, quorũ duo erant mortui ante testamentum meũ me ignorante, & postea decessi nũc quæritur, an dictus Titius defectus sit cõditione, vt scilicet non sit hæres, ex eo, ꝙ nõ põt manumittere mortuos? Dixit Neratius, ꝙ sic, nec distinguebat dictus Neratius vtrũ dictus Titius posset in totũ parere dictæ cõditioni, an non, vt in primo casu non sit hæs, si non pareat, secũdo sit hæs, quia parere non potest, imo simpliciter dicebat, vt dixi, eũ conditione defectum esse. Sed male dixit dictus Neratius. Vñ Seruius, & Labeo, & Sabinus, & Callius reprehendunt eũ ponendo similẽ casũ superiori, qui talis est talis, Pone, ꝙ ego ita scripsi in testamento meo, Si filia mea, & mater mea viuant, Titium hæredem instituo. eũ filia mea iam esset mortua me ignorante, & postea decessi. Certè non deficit cõditione dictus hæres institutus, quia filia mea non inueniatur viua. Tales enim conditiones habentur pro non scriptis, quasi impossibiles. Viu.

d *Mulcta*] alias dr extraordinaria pœna pro arbitrio iudicis, vt ff. de ver. sig. l. a. iud. §. inter. Sed hic a testatore. Et dic, ꝙ testator iussit fieri monumentum ab hærede, vel alias onerato arbitrio Titij quo non facto præcepit dari. x. cuidã nomine pœnæ. Duplici rõne non committitur: prima, quia non arbitratur Titius, vt hic. ad quod sup. de vsur. l. eũ qui dã, § si à pupillo, & de arb. l. arbiter & inf. eo. l. si Titius statuas. & l. in testamento. Item, quia olim nil poterat ratione pœnæ poni. licet hodie contra, vt supra de ij, quæ pœ. no. l. i. & Inst. de ſe. ſ. pe. & §. si

ADDITIO. Dic, q̃ ita l. i. de ijs, quæ pœnæ no. non ob. quia ibi loquitur quando præcesserat dispositio turpis, licet glo. ibi aliter sentiat, & non bene, secundum. Bar.

e *Ab hærede*] ſ. præstanda.

f *Vel eo*] puta fideicommissatio.
g *Iussus fit*] & si non fecerit, det decem Titio.
h *Non fit*] adeoq; quod iussus est legatarius, nõ implerit, nec recurrit ad arbitrium alterius, vt hic innuit, & C. de contrah. empt. l. fi. & ſ. de verb. obl. l. si quis arbitratu. Accur.

erat, quibusdam ex his antè mortuis, Neratius respondebat deficí eũ conditione, nec æstimabat, k parere 6† posset cõditioni, necne. Sed Seruius respondit, cum ita esset scriptum, Si filia, & mater mea viuent, l altera iam mortua m non deficí n cõditione. Idem est, & apud Labeonẽ scriptũ. Sabinus quoque, & Cassius, quasi impossibiles eas conditiones in testamento positas, pro non scriptis o esse. Quæ sententia admittenda est.

In oĩbus conditionibus de nõ faciendo, quæ non possunt impleri ante vltimũ vitæ spiritũ sine expectatione tristis euentus, cautio de nõ faciẽdo, pro implemento habetur. Iaẽ si non sit, cui caueatur. Bar.

Vlpianus. 7†

LEX VII.

MVtianæ cautionis necessitas P 8 † in conditionibus consistit, quæ in non faciendo conceptæ sunt, q vt puta, Si in Capitolium non ascẽderit: Si Stichum non manu-

i *Si fecerit*] testator instituit Titiũ hædẽ, si manumitteret Stichum, Pamphilũ, & Erotẽ. Cũ duo horũ ante testũ decesserint. Neratius dixit deficere cõditionem institutionis pp̃ mortuos, nec æstimabat, sciret referre, parere posset conditioni in vitis, vel non.

6† Fl. pereti.

K *Æstimabat*] i. vtil cogitabat super hoc, quia pro eo hi, ac si parere non posset.
l *Viuent*] puta in calendis, & subaudi da. o illi decem.
m *Mortua*] ante testamentum.
n *Non deficí*] si habes non deficit cõcordat cum sequentibus iuris consultis, & cõtradicit Neratio, vel si deest, non concordat cum Neratio, & Labeone. Sed Sabinꝰ & Cassius contradicunt, quod seruabis, & fm primã, ſ. non deficit. dic fm Azo. & H. si in altera, quæ erat viua potestatiuẽ ti, viuat in calendis. Cum. n. sit casualis conditio, ea deficiente, nullum est legatũ, & idem in superiori potestatiua hic secus

7† li. 28. ad Sabi.

8† Fl. vtiliter.

quia ibi in superstitibus si manumissio per casum est impedita, pro impleta habetur conditio, vt sup. de cond. instit. l. quæ sub conditione. §. quoties.
o *Pro non scriptis*] hoc intellige in seruis mortuis, sed superstites dico eũ manumittere debere. Sed quid si decesserit post testũ? Rũ non deficit cõdõ secus in alio casu, qñ altera mulierũ decessisset post testũ, quia illa conditio est casualis, sed alia potestatiua. Vnde habetur pro impleta cum nõ stet per eum, sed per fortunũ casum, & facit ſ. de leg. 1. Labeo nibus. §. in testamento. & de cond. instit. l. instituto.

MVtiana] CASVS. Legaui tibi x. si Capitoliũ non ascenderis, vel, si Stichũ non manumiseris, certe si cueris hĩ dimeo de non ascẽdendo, vel de non manumittẽdo, cõseq debes legatũ. & hęc dr Mutiana cautio, à Mutio introducta. Idẽ est, si instituus est aliquis sub aliqua dictarũ conditionũ, vt ecce. Instituí vxor virũ hæredem pro dimidia, si dotẽ tibi viro per vxorẽ promissã. & nõ datã nõ peteret. Nã cauebit vir cohęredi suo de nõ petendo. & hæres erit. Si aũt cauebit vir cohęredi suo de nõ petendo, & hæres erit. Si aũt dicta vxor eũ solum præfato modo hæredẽ instituit. & ita non est, cui caueatur, vt hæres, etiam si non caueat. Viu.

p *Necessitas*] alias necessitas. i. causatiua, si vult consequi relictum: alias vtilitas, quæ est, quia statim legatũ consequitur remedio cautionis, & fauore vltimæ voluntatis, nisi aliter cõditio suspendat, vt ſ. eo. l. a. ia. §. Mutiana. Nã in stipulationibus secus, & alias inter viuos, vt ſ. de ver. obl. l. si ita stipulatus fuero te sisti certo loco. in fi. i. respon. & ſ. de cond. cau. da. l. a. in prin. & fuit à Mutio inuenta, vt Publiciana à Publicio, vt Inſt. de act. §. & alia. ſ. de rer. di. in fructibus restituenda, si veretis contra cautionem, vt ſ. eo. l. hæres. §. qui post. & sup. de leg. 2. l. cum filius. §. qui Mutianam.
q *Quæ in non faciendo concepta sunt*] secus si in faciendo. Tunc enim non, nisi existente conditione, vt inf. eo. l. qui hæredi. in fi. Azo.

miserit, & in similibus. a Et ita Aristoni, & Neratio, & Iuliano visum est. Quæ sententia ex constitutione diui Pij comprobata est. Nec solum in legatis b id † placuit, verum in hæreditatibus quoque idem remedium admissum est. Vnde si vxor maritum suum, cui dotem promiserat: ita hæredem scripserit ex parte, Si dotem, quam ei promisi, neque petierit, neque exegerit, denũciare eum posse cohæredi, paratum se accepto facere dotem, vel cauere, & ita adire posse hæreditatem. Sed si ex asse sit institutus maritus sub eadem conditione: quoniam non est cui caueat, 2† non impediri eum quò minus adeat hæreditatem. Nam ipso, iure videtur impleta conditio, c* eò, quòd non est, quem possit de dote conuenire ipse adeundo 3 † hæreditatem.

Qui debet cum aliquo esse, non tenetur cum eo omni momento morari. Bart.

Pomponius. 4 †

LEX VIII.

SI quis ita legauerit, Dum vxor mea cum filio d erit hæres meus ei tantũ dato, Si ea latitans patronum, e de medio f discesserit, 5 † vt tamen consilium retineret habendi secum liberos, deberi ei legatum Trebatius, & Labeo aiunt, quia nõ omne momentum exigendum sit, vt cũ liberis sit, sed vt eã 6† mentẽ, & id propositum habeat, ne filium à semet dimittat, neve per eam stet, g quò minus cũ ea filius educetur.

Quando verbum reperitur in præterito, & in futuro in vltimis voluntatibus, intelligitur in futuro. Bar.

Vlpianus 7 †

LEX IX.

SOlemus dicere eum, qui in tempus liberorum h vxori legat, de iis non sensisse, quos iam tunc vxor habuit, cum testaretur: maritus. i

Conditio non facilis potest quandocunq; impleri, dummodo implementum de iure consistat. Bar.

Idem. 8 †

LEX X.

HAec conditio, Filiæ meæ cum nupserit, k talis est, vt qui testatus est, impleri solummodo cõditionem voluerit, non etiam satis l exigi, 9 † quando. Et ideo si 10† viuo testatore nupserit, post testamentũ m factum impleta cõditio videtur: præsertim cum conditio hęc talis sit, vt semel impleri debeat. n Sed. n. non oẽs coniunctiones o implent conditionẽ: puta. n. nondum quæ habetur pro casuali, puta, quæ est apposita sub incerta die, puta. Si legauí Titio centum, cum pubes erit, & ipse Titius effectus est pubes me viuente. Incerta enim dies habetur pro conditione. vt sup. eod. l. prima. §. dies autem. cum similibus. Viu.

a *Et in similibus*] quæ non possunt impleri viuo legatario, aliàs secus. si possunt impleri eo viuo, vt si Titio equum nõ dederis, lego tibi decem. Nam te viuo potest cõditio existere, si equus, vel Titius moriatur. In casu tñ interponitur cautio, etiam si potest impleri viuo legatario, vt decem vxori lego, si à liberis non discesserit. Nam durum est cuiusi cautionem illo prætextu, quòd liberi præmoriantur matri, vt inf. eo. l. cum tale. in princ. & §. Titius, & hac ratione fit cautio, cum dixi, Si Stichum non manumiseris, licet possit præmori Stichus, quia cogitari hoc durum est. Porro quędam est conditio in non faciendo, quæ omnino remittitur, quasi contra publicam vtilitatem, vt Beriæ, si non nupserit. Vel æquipollens, vt j. eod. l. cũ tale. §. Mæuiæ, & facit j. eod. l. cum sub hac, & l. hoc genus. & l. pater, §. socrus. & j. de ma. test. l. fin. & j. eo. l. auia. §. Titio.

x† Vl. decẽs, id.

b *In legatis*] i. non solum cum onus legatario est impositũ, sed etiam cum hæredi, vt sup. de adimen. leg. l. 3. §. si quis ita.

a† Alĩa, caueatur.

c *Videtur impleta condicio*] pro facto hĩ. qđ non pòt fieri, sic sup. de cond. instit. l. mulier. ĩ prin. & sup. eo. l. mulcta. circa princ. & argu. sup. de vsur. l. pecuniæ.

Sic cõditio ĩpossibilis vitiat. Qđ dic. qñ testòr putat eã possibilem. l. sermo. & ibi Bar. §. de cond. inde. it & nisi cẽt impossibilis & turpis simul. Bal. in l. si pater, C. de instit. & substit. 3 † alias, ipso adeũte.

Si quis ita] CASVS. Cum haberem vxorem Titiam liberã Seij. & filios ex ea, ita ei vxori legaui in testamento meo: dum vxor mea cum filio Titio erit, hæres meus ei centũ dato omni anno. & postea decessi. Postea mea vxor latitans patronum, qui venerat ad eos, quia timebat eũ de medio decessisse, interim iuit ad standum in aliam domũ, donec patronus recederet, nihilominus tñ tenuit animum habendi secum liberos prædictos, inter quos erat Titius prædictus: Certè, quia non remanet per eam, quin stet cum dicto Titio, debet habere legatum. Viuianus.

4† li. 5. ad Sabinũ. §. Et di. decẽs.

d *Cum filio*] ex hoc pater legatũ esse annuum. & peritur pro quolibet anno, quo fuit cum filio quantolibet tempore, vt sup. de leg. 3. l. qui concubina. m. f. vxori. Acc.

e *Patronum*] subaudi propter.

f *De medio*] ne cum filio, vel patrono moraretur, qui ad eos venerat.

g *Per eam stet*] sic sup. de annuis leg. 2. l. Mæuia, & de leg. 2. l. Titia. §. Seia. & C. de leg. l. 1. Acc.

Sciente] CASVS. Cum me sciente haberem ex vxore meã liberos, eidem vxori meę legaui centũ cum ipsa haberet liberos. Certè non video sensisse de ijs liberis, quos iam ipsa habebat tempore testamenti mei, sed de alijs, quos in futurum haberet. Viuia.

h *Liberorum*] id est cum liberos habuerit, vt sup. de leg. 2. l. & ibi Bar. cũ

i *Maritus*] hoc si maritus sciebat. vt inf. eo. l. si iam facta. H. & facit inf. eo. l. cum vir. & l. si vir.

H*æc conditio*] CASVS. Filiæ meæ legaui centum, cum nupserit, certè siue me viuo, siue mortuo nupserit, vt impleta conditio, & sic habere debebit legatum. Sed quid si taliter nupsit, & nuptiæ non valuerunt? Certè non vt impleuisse condõnem, puta, si nupsit ante duodecim annos, vel nupsit ei cuius nuptijs ẽ ei interdictũ per ius, puta tutori suo quondam, vel Præsidi illius prouinciæ vnde illa est, vt sup. titulo primo. l. secunda. §. primo, & secundo. Sed nunquid quãdo nupsit non legitimè, põt postea legitimè nubendo patere condition, quasi prius non nupserit? Et certè de iure stricto distinguitur. aut ego testator sensi de primo nuptiali iugo. cũ legaui filiæ meæ, cum nupserit, aut etiã de secundo. Primo casu defecta est conditio. & sic non potest amodo adimpleri, secundò casu non est defecta, & sic põt adimpleri. De æquitate tamen dicendũ est cõditionem impletam, scilicet de facto nondum defectã, i. nondum defeciisse. & sic adimpleri posse spreta dicta distinctione.

6† Fl. sed si eam.

7† lib. 20. ad Sabi.

8† lib. 21. ad Sabi.

¶ *Si sic legatum*] Legaui Titio centũ sub conditione. Si nauis ex Asia venerit, & nondũ completo testamento à me, venit nauis. Certè pro impleta habetur conditio. & sic Titius legatum consequitur. Casuales enim cõditiones adimpleuntur ẽt viuo testatore. Idem est in ea conditione,

9† Fl. non fuit ausus exercere. Du. satis exegerit.

10† Fl. & ideo & si.

i *Maritus*] hoc si maritus sciebat. vt inf. eo. l. si iam facta. H. & facit inf. eo. l. cum vir. & l. si vir.

k *Cum nupserit*] subaudi decem lego.

l *Non satis*] deest non multum.

m *Post testamentum*] facit sup. eo. l. 2. & C. de instit. & substit. l. si quis hæredem. Sed quid si tempore testamenti erat nupta? Respon. distingue. sciat testator, vel non, vt sup. de leg. 1. l. si ita. §. pater. & inf. eo. l. si iam.

n *Debeat*] Argumento contra, supra de liberis, & posthumis. l. placet.

o *Coniunctiones*] i. non esse matrimoniũ. & sic non sufficit fieri nisi iuris effectum sortiatur. sic inf. de fideiussor. l. 3. & C. si mancip. ita fue. aliena. vt ma. l. ea quidẽ. & inf. de solu. l. si seruus decem. sed arg. contra, inf. eo. l. Mæuius. & sup. de cond. instit. l. mulier. §. si quis hæres.

ADDITIO. Dic ẽm Bar. quòd ibi non poterat impleri de iure, vnde sufficit, quòd impleatur de facto, & ita videtur testator sensisse secundum Dy.

a *Nubi-*

a *Nubilis*] nec enim videtur nupta, quæ virum pati non potest, vt ff. quando dies lega ce. l penul.

b *Benigne*, spreta illa distinctione, senserit de primo iugo, vel non, & quod subijcit, nondum, &c. sic copula, dicendū est conditionem impletam, s. de facto, nondum defectam, & sic adhuc impleri potest, secundum Al. vel dic, id est, conditionem defectā nondum impletam de iure, & ita adhuc potest impleri in alterius personā. Sed contra. sup. de iure dot. l. doris promiss. & ff. de verb. signifi. l. boues. §. hoc sermone. Solu. in contractibus, & testamentis, si legetur, vel promittatur cum nupserit, primæ nuptiæ significantur, vt ibi, & supra, de leg. 2. l. cum pater. §. pater si tamen primæ fuerūt vtiles. Si inutiles, deficit conditio de iure stricto, sed de æquitate permittuntur ita eum impleri in testamentis. Sed idem fortè in contractibus, secundum Azo. aliij, q̄ hæc in vltima voluntate, illæ inter viuos, quod non placet.

c *Testamenti facti*] & facit supra, de leg. 2. l. si ita. §. pater. & infra proxi. §. & sup. de rebus dub. l. quidam relegatus.

nubilis[a] ætatis in domū mariti deducta, non paruit conditioni. Sed & si ei coniūcta sit, cuius nuptijs ei interdictū sit, idem dicemus. An tū nubendo posteà parere conditioni possit, quasi non nupserit, adhuc dubitari pōt. Et si testātor de primo nuptiali iugo senserit, [1]† puto defectam conditionem. [2]† benigne[b] tamē dicendum est, nondum impletam conditionem defectam.

Conditio casualis si tempore testamenti extiterat, testatore ignorante, facit dispositionem haberi pro pura. Bar.

¶ Si sic legatum sit, Si nauis ex Asia venerit, & ignorante testātore nauis venerit ex Asia testamenti facti[c] tempore, dicendum est, pro impleta haberi, Et si cui legatum est sic, Cum pubes erit, simili modo hoc erit dicendum.

Paulus. [3]†

L E X XI.

Si iam[d] facta sint, quæ conditionis loco ponātur, [4]† & sciat testator, quæ iterū fieri possunt, expectantur, [5]† vt fiant. Si vero nesciat, præsenti die debentur.

¶ Item sciendum est, promiscuas[e] conditiones post mortē impleri oportere, si in hoc fiant, vt testamento pareat, [f] veluti si in [6]† Capitoliū ascenderit, & similia. Non promiscuas etiā viuo testatore existere posse, veluti, si Titius consul factus fuerit.

Falsa causa non vitiat legatum. Bartolus.

Vlpianus. [7]†

L E X XII.

Si ita legatū sit, Quoniam filius meus[8]† maior ex arca mea decē sustulit, hērs minor filius decem è medio sumito, dētur legatum. Quia ideirco relictum est, vt cōditio filiorū exequaretur. Et sane hæc causa est. [8] Nāque [9]† causa in præteritum, [h] pœna [i] in futurum confertur.

Conditio de dando pupillo, vel furioso, impletur dando tutori, vel curatori. Bar.

Paulus. [10]†

L E X XIII.

Si fundus alicui legatus fuerit, Si pupillo, vel furioso pecuniā dedisset, videtur expleſſe conditionem, curatori, vel tutori dando. [k]

Conditio impedita per tertium legitimè habetur pro impleta. Bart.

Pomponius. [11]†

L E X XIV.

Si Titius statuas in municipio posuerit, hērs esto. Si paratus est ponere, sed locus à municipibus ei non datur, Sabinus, & Proculus, hæredem eum fore, & in legato idem iuris esse dicunt. [l]

d *Si iam*] facit, sup. de lega. 2. l. si ita. §. si pater.

e *Promiscuæ*] i. id est, quas facilè & frequenter adimpleri contigerit, Ioan. vel secundum alios, id est, quas iterari sæpè contingit, vt si Capitolium ascenderit vt subijcit, & pendet de potestate legatarij, vel hæredis, cum est imposita secundum Ro. & facit sup. eo. l. 2. & quod ibi notaui. & facit ad l. sup. de liber. & posthu. l. Titius. §. fina. & inf. eod. l. Publius, & sup. de lega. 1. l. quæ sorom. §. 1. & inf. eo. l. Iulianus noster. & l. si in diem. & ff. eod. l. si vir. Accur.

f *Pareatur*] nam scire debet, vt sup. eo. l. 2.

Si *ita legatum*] CASVS. Instituī mihi hæredes Titium & Seium meos filios, quorū vnus tamen erat maior, quam alter, & posteà ita dixi: Qū filius meus maior ex arca mea sustulit, & hæres minor filius decē de medio sumito, & decessi. Nunquid debetur ei minori legatum, & si maior filius nihil de arca sustulit? Et dī, quòd sic, quia ideirco relictum est, vt exæquaretur cōditio filiorū, & quia in legādo minori filio apposui causam dicendo, Quoniā filius meus, &c. & cā est de præterito, & ideò licèt causa non subsit, id est, quia maior filius nihil de arca sustulit, tū legatum debetur minori filio. pœna autē consertur in futurū, id est legatum nomine pœnæ relictum. Ergo est cō ditionaliter relictum, & nō per causam, vt superius legatum, & ideò nō debetur, nisi existat cōditio. Qualiter autem relinquatur legatum nomine pœnæ, dictum est ff. eo. l. mulcta Viuia.

g *Causa est*] & ideò licèt causa nō subsit, i. quia maior filius non sustulit, tamē & legatum debetur, vt inf. eo. l. demonstratio. §. quod autem.

h *In præteritum*] ff. de condictio. indeb. l. damus.

i *Pœna*] i. legatū nomine pœnæ relictū, vt Instit. de lega. §. pœnæ. & idem in stipulatione pœnali: Iudicium autem cōfertur in præteritū. non in futurum, vt supra, de iudi. l. non quemadmodum. & facit ff. eod. l. nominatim. & sup. de hæredi. instit. l. ille autem.

Si *fundus*] CASVS. Legaui tibi fundū dederis Titio pupillo centū. Certè tutori eius pecuniā ꝓdictā dando videris adimplere conditionem. & idem est, si legaui tibi fundum, si dederis Seio furioso centum. Nā curatori eius dando adimplere videris conditionem, & habebis fundum. Viu.

k *Dando*] ita tamen, si quod datum est, versum sit in vtilitatem pupilli, vel adulti, vt inf. de solut. l. Stichum, aut Pamphilum §. vsumfru. Sed an pupillo potest dari? Respon. sic, vt infrà eod. l. cum pupillus, sed ibi in faciendo, hic in dando, sed in dando videtur idem, vt infrà, de solu. l. si stipulatus fuero, sed ibi in rem pupilli fuit versa.

Si *Titius*] CASVS. Ita dixi in testamento meo, si Titius statuas in municipio posuerit, hæres esto, & decessi. Certe si paratus est ponere statuas Titius, sed locus ei à municipibus non datur, hæres erit, idem est, si reliqui legatum ei sub dicta conditione. Viu.

l *Dicunt*] si non fiat per eum, ad quod est ff. de contrahen. emptio. l. Labeo & inf. de reg. iur. l. qui potest facere. & inf. eod. l. cum ita datur. §. si. & ff. eo. l. mulcta. in princ.

Cum *fuerit*] CASVS. Legaui Titiæ centum, si in familia mea nupsisset, & decessi. Certè videtur per eā impleta conditio statim, cū ducta est vxor p aliquē de familia, quis nondū in cubiculum mariti venerit. Nā consensus facit nuptias, & nō cōcubitus. vt & in Auth. de nupt. §. nuptias. Vi.

1† Fl. sensit.
2† Fl condition.
3† Lib. 4. ad Sabin. aliàs, Vlpianus.
4† Fl. ponuntur.
5† Fl. expectētur.
6† Fl. dest. in.
7† Li. 34. ad Sabin.
8† Fl. defl. meus.
9† Fl. nil causa.
10† Li. 9. ad Sabin.
11† Li. 9. ad Sabin.
s Quæ dicatur conditio promiscua, & qū apponi dēt: vide Ang. & Imo. in l. fi. de condi. inst.

a *Ducta*] Hic est argum. quod opus est ductione ad matrimonium, & argumen. C. de dona. ante nup. l. cum in te. & sup. de ritu nup. l. mulierem. Sed dic contra, vt in fi. huius l. & infrà, de regu. iur. l. nuptias. & hic loquitur quando nõ constabat esse ante contractum matrimonium.

Conditio nuptiarũ impleť, cũ nuptiæ cõsensu eõtrahũtur. B.

VLpianus. 1†

LEX XV.

CVm 2† fuerit sub hac cõditione legatum, Si in familia nupsisset, vī impleta conditio 3† statim, atque ducta a est vxor, quamuis nondum in cubiculum mariti venerit. Nuptias* enim non cõcubitus, sed consensus facit.

Caius. 4†

LEX XVI.

IN iis, quæ extra testm̃ incurrunt, b possunt res ex bono & æquo interpretationem capere: ea verò, quæ ex ipso testamento c oriuntur, necesse est secundum scripti iuris rationem expediri.

Falsa demonstratio nõ vitiat legatũ, si de corpore cõstat. B.

Idem. 5†

LEX XVII.

DEmonstratio falsa est, 6† veluti, si ita scriptum sit, Seruum Stichum, quem de Titio emi, fundum Tusculanum, qui mihi à Seio donatus est. Nã si constet de quo hoie, & de quo fundo senserit testator, ad rem non pertinet, si is quem se 7† emisse significauit, donatus ei sit: 8† aut quẽ donatum sibi esse significauit, 8† emerit. d Igitur & si ita seruus legatus sit, Stichũ cocum, 10† Stichum sutorem Titio lego, licèt neq; coquus neque sutor sit, ad legatarium pertinebit, si de eo sensisse testatorem 11† conuenerit. 12† Nam & si in persona legatarij designanda aliquid erratũ fuerit, constet autem cui legare voluerit, perinde valet e legatum, ac si nullus error interueniſset. 13†

Falsa causa non vitiat legatum, nisi conditionaliter sit expressum. Bartolus.

¶ Quod autẽ iuris est in falsa demõstratione, hoc vel magis est in falsa cã, veluti ita, Titio fundum do, quia negotia mea curauit. Item, fundum Titius filius meus præcipito, quia frater eius 14† ex arca tot aureos sumpsit. f Licèt enim frater huius pecuniam ex arca non sumpserit, 15† vtile tamen 16† legatum est. At si cõditionaliter concepta sit causa, veluti hoc modo, Titio, si negotia mea curauerit, 17† fundũ do: Titius filius meus, si frater eius centum ex arca sumpserit, 18† fundum præcipito: ita vtiles erit legatum, si & ille negotia mea curauerit, 19† & huius frater centũ ex arca sumpserit. 20†

¶ Quòd si cui in hoc legatum sit, vt ex eo aliquid faceret, puta, vt monumentum testatori, vel opus, aut epulum municipibus faceret, vel vt ex eo partem alij restitueret, sub modo h legatum videtur.

Cautio Mutiana præstatur ijs, quorum interest. Bart.

Idem. 21†

LEX XVIII.

IS, cui sub conditione non faciendi, i aliquid relictum est, ei s. cauere dẽt Mutiana cautione, ad quẽ iure ciuili dficiente condõne, hoc legatũ, ea ve hrẽditas pertinere põt. k

f *Sumpsit*] illud no. q̃ omnis demonstratio, & causa continet conditionem non expressa specie in demonstratione, vel persona in causa, vt ī. de auro & argen. lega. l. Quintus. & sup. de dote prælega. l. 1. §. sed & si dotem. Azo. & facit ī. de libe. leg. l. legaui. & de secun. tabu. l. si ita. §. sed omnia.

g *Vtile*] nisi aliàs relicturus nõ erat, vt ī. eo. l. cũ tale. §. falsam. h *Sub modo*] & statim capitur præstita cautione de faciẽdo, vt sup. de lega. 3. l. si tibi legatũ. Azo. aliud in conditione, vt Inf. eo. l. legata sub conditione. Accur.

I *S, cui sub*] CASVS. Legaui tibi decẽ. Si Capitolium non ascenderis. & decessi, & sic debes habere statim legatum. & cauere, quod non ascẽdes Capitolium, quæ cautio dF Mutiana, eo q̃ à Mutio fuit inducta. Nũc quæritur, cui debeas prædicto modo cauere? & dicitur, quòd illi ad quẽ poterit pertinere legatũ de iure, si deficiat conditio, puta, quia ascendas Capitoliũ, puta, ei q̃ substituta est in legato, vel coniuncto, vt C. de cad. tollen. §. in primo. & si non est coniunctus aliquis. & substitutus debet legatum redire ad hĩdem deficiente condõne, & iõ tunc hĩdi Mutiana cautione cauẽdum est. Viui *Non faciendi*] à se solo, vt in. f. eo. l. Iauia. §. Titia.

K *Pereſt*] ad hæredem. & legatum cautio pertinet, vt ī. eod. l. Mutianæ. § nec solum. Accur.

IN *conditionibus*] CASVS. Legauit Titio centum, si cum filia mea contraheret matrimoniũ. certè si contrahat cum ea matrimoniũ me viuente, debet habere legatum post mortem meam. Nam nõ fuit op̃ ipsi Titio expectare mortẽ meã, vt post mortẽ meam contrahat matrimonium. & sic cõditionem adimpleat. Nã & ante mortem meam. & post mortem p̃t contrahere matrimonium. & est ratio, quare ante mortem meam p̃t contrahere, siue conditionem istam adimplere, quia dicta cõditio mixta est. Nam si potestatiua esset, tantum post mortem meam haberet necesse adimplere cõditionem, vt probatur sup. eod. l. 2. & l. si iam. & l. cum filio. Sed licèt ista conditio possit adimpleri ante mortẽ meam, nec sit opus, vt legatarius expectet mortem meã, tamẽ si legatarius nõ impleuit eam ante mortẽ meã, potest adimplere post. & ita vberius producitur. i. vltra mortẽ meã. & hoc quia præsumitur me ita voluisse, vnde voluntas mea in hoc patrocinatur. In cõditionibus

2† Li. 35. ad Sabin. 2† Flor. Cui.

3† Testamenti.

* l. nuptias inf. de reg. iu. vbi ex hoc loco videtur emẽdãda scriptio. vi. Harmen. li. 4. tit. 2. & Pluiar in præcep. cõ nubial.

4† Lib. 3. de testa. ad edic. Præto.

5† Lib. 2. de leg. ad edictum Præto.

6† Sed nõ vitiat legatum.

7† Fl. dest. se

8† Fl. donatus est

9† Signifi cau tat.

10† Fl. eõ. & infrà eocus.

11† Videtur vel cõstituta.

12† Fl. cõueniat.

13† Fl. interueniret.

14† Flor. eius ipso ex.

15† Pecuniã ex arca sumpsit. alibi. & Fl. sumpsit.

16† Fl. de est, tã.

17† Fl. cu rauit,

18† Flor. sumpsit.

19† Fl. cu reuit.

20† Flor. sumpsit.

21† Li. 18 ad edic. proum.

tionibus enim primum locum voluntas defuncti obtinet, eaq; regit conditiones. Et ſm hunc caſum dicas j. placuit non ſemper mortis ipſius obſeruari.&c. ſ. per legatarium, vt ante mortem adimpleat conditionem ſemper, quãuis ei licentia de hoc detur, ſed voluntate,&c. vel pone ſecundo caſum talt modo. legaui Titio decẽ ſing. an. ſi filia mea cum ipſo Titio nupta erit. Poſtea me viuẽte, vel mortuo accepit d. Titius eam in vxorem‹ vel ẽt hẽbat eam in vxorem ‹ per quo prędicto modo ei legaui. Poſtea mortua eſt in matrimonio dicta mea filia. Nunc quęritur, an vltra ipſius mortis ipſius filiæ debeat Titius percipere illa decem legata ſibi per me ſingu. an. ĩnde ꝙ ſic, & ſic tardius producit legatũ, quãdiu mors filiæ, & ita vltra mortẽ filię producitur, qã nõ v. debatur quibuſdã, quia matrimoniũ non durabat, & ego teſtator dixi, Si filia mea cum Titio nupta erit. &c. ſed ſecus eſt, vt dixi. voluntate mea teſtatoris ad hoc patrocinante, & cũ hac poſitione facit C. de legb. l. 1. & ſup. de alimẽ. leg. l. libertis. §. 1. & l. Stichus, §. ſi. Vel dic, ꝙ plegaui filiæ meæ quam cum alijs inſtitui mihi hæredem, decem annis ſingulis, ſi ipſa cum Titio nupta erit, & ipſa poſtea cum Titia fuit matrimoniũ ante mortẽ meam, vel poſt, vel iam contraxerat ipſe teſtamenti mei. Et poſtea Titius deceſſit in matrimonio. Vnde quæritur, an filia poſſit amodò habere dicta decem ſing. annis. Et rñ. ꝙ ſic, & ſm iſtos duos vltimos caſus diſtingue, cuius contemplatione fuit conditio appoſita, vtrum filiæ, an Titij? ſi contemplatione illius, qui ſuperuixit, cuicunq; legatũ eſt, ille habebit legatum, & percipiet vltra mortẽ alterius: ſi autem contemplatione illius, qui præmoritur, vltra mortẽ non percipit. & ad hoc facit inf. eo. l. illis. Viu.

1† Lib. 5. Diſput.

* Intell. huius §. vide apud Sadolet. I. l. hæc verba. nu. 10. de le. 1.

2† Fl. decẽ centum.

a *In conditionibus*] licitis.

b *Primum locum*] vt prolata conditio non habeatur pro conditione, ſi illud voluit teſtator, vel vt habeatur, ſi id appareat, vt inf. proxi. §. Azo. & facit ſup. eo. l. 1. §. fi.

c *Regit*] vt impleatur cum teſtator id voluit, vt ſubijcit.

d *Nupta erit*] ſubaudi, ſit hæres.

e *Mortis*] ſ. patris, quod tunc ſit nupta. ad quod ſup. de reg. Cato. l. 2. & inf eo. l. ſi ita legatum.

f *Hæc ſcriptura*] CASVS. Inſtitui mihi hæredes Primum, & Secundum, & ita poſtea dixi: Si Primus hæres erit, dam nas eſto date Titio decem, & deceſſi. Poſtea Titius legatarius deceſſit ante, quàm Primus adiret hæreditatem. Nunquid tranſmittit ad hæredem ſuum petitionem legati? & vi ꝙ non, quia fuit ei legatum ſub conditione. Conditionalia aũt nõ tranſmittuntur ad hĩdem, vt j. qſi di. leg. ced. l. 5. §. ſed ſi ſub conditione. Reſponderi tñ poteſt ꝙ bene tranſmittit, quia dicta ſcriptura non eſt accipienda pro cõditione, ſed pro demonſtratione. Magis enim vi teſtator demonſtraſſe, quando legatum debeatur, quàm conditionem inſeruiſſe. Nam intelligitur dicta conditio, ẽt ſi non eſſet appoſita. ſi autem ego teſtator volui dicta verba conditionaliter accipi, pro conditione accipientur. Sed quid ſi ita dixi, Quicqd mihi Epheſi oportet dari, hoc do, lego Titio? Certè nec iſta verba facient condõnem, niſi hoc teſtõr voluerit. Item quid ſi ita dixi. Si Primus non erit mihi hæs, damnas eſto Secundus hæres date Titio decem. Poſtea ſolus Primus extitit mihi hæres? Non debetur Titio d. legatum, quia defecit conditio legato eius appoſita. Item eſt ſi Primus & Secundus extiterunt mihi hæredes. Viu.

Conditiones debent intelligi ſecundum teſtatoris voluntatem, quæ dominatur in teſtamentis. Bar.

Vlpianus 1†

LEX XIX.

IN conditionibus [a] primum locum [b] voluntas defuncti obtinet, eaque regit [c] conditiones. Denique, & in ea conditione, Si filia mea cum Titio nupta erit, [d] placuit non ſemper mortis [e] tempus obſeruari, ſed voluntate patrocinante tardius produci.

Cõditio, quæ tacitè ineſt, ſi exprimatur, legatũ cõditionale nõ facit, niſi teſtator aliter voluerit. Item cõditio de præſenti non ſuſpendit. Bar.

¶ Hæc * ſcriptura, Si Primus [f] hæres erit, [g] centum 2† dare [h] damnas eſto, pro condõne non eſt accipienda. 1 Magis enim demonſtrauit teſtator, quando legatum debeatur, quàm conditionem inſeruit: niſi fortè hoc animo [k] fuerit 3† teſtator, vt faceret conditionem. Proinde nec illud dicendum erit facere conditionem, Quicquid mihi Epheſi oportet dari, [l] hoc do lego. Sed ſi ſic leget, Si Primus mihi hæres non erit, damnas eſto Secundus dare, & Primus hæres extiterit, [m] 4† legatum non debebitur. ſi Primus adierit cum Secundo, nõ extitiſſe conditionem nequaquam ambigendum eſt.

Conditio, ſi aliquis hæres non erit, deficit illo exiſtente hærede pro parte. Bar.

¶ Si patronus contra tabulas bonorum poſſeſſione accepta, debitam portionem occupet, legata, quæ ſic data ſunt, Si patronus hæres non erit, non debet [n] cohæres patrone præſtare.

¶ Si à Primo [o] ita legatũ ſit,

f *Primus*] proprium nomen.

g *Hæres erit*] id eſt hæreditatem adierit.

h *Dare*] à Pr me. Accur.

i *Accipienda*] quia ſi mortuo teſtatore decedat legatarius ante aditã hĩditatẽ, tranſmittitur hic, & j. qñ di. lega. ced. l. ſi Titio. 3. quidam, & ſup. de lega. 1. l. 3. Ac. 1† Fl. fuerat.

¶ *Si tres emancipati*] In §. illo dicitur, Paterfamil. habebat tres emãcipatos, duos in potestate. & emancipati hẽbant in bonis trecenta quilibet, eos præterijt in potestate constitutos instituit: perierunt cõtra tabulas. quod debent conferre. Certè sicut si vnus solus esset emãcipatus, & haberet nongenta, cuilibet fratrum deberet trecẽta conferre, ita isti tres habebũtur loco vnius: vnde ita dẽnt conferre, vt vnus, ita nĩ̃p inuicem conferre non tenentur.

4† Li. 47. ad edict.

¶ *Si tres emancipati filio*] Vide per te.

¶ *Si duo*] Si ex filio mortuo erant duo nepotes emancipati & prætariti, si perant contra tabulas in bonis aui, debent ne conferre dimidias partes? an quartam? Et respon. quod debent conferre semissem. & ideò si auus iste in cuius potestate erant, habebat trecenta in bonis, & isti ducenta acquisierunt, quilibet debet centena conferre.

5† Fl. de est bois.

¶ *Si duo*] Duo erant fratres emancipati prætariti: perierunt contra tabulas vnus contulit, alter non. quid erit de portione illius, qui conferre non vult. Prodest ei, qui est in potestate, non emancipato: nam actio debet denegari ei, qui conferre non vult.

¶ *Si propter inopiam*] Si emancipatus prætariens, qui petijt contra tabulas, non cauet, quia fidriussores inuenire nõ potest, interim dabitur curator bonis, qui põt alienare mota futura deteriora, vt si vult cauere suus, ipse illarum rerum, quæ seruando seruari non possunt, habebit alienationem. Datur simile infra, ad Carbo. l. sed & si is, §. quoties. Viu.

f *Editum*] sed conceptum ante mortem, sin quosdam. Nã aliter nõ admitteretur vt suus, quia non tetigit auũ alterius iure cognationis vt Inst. de hæred. ab intest. §. cùm autem. sed nec vt bonorum possessor quia non fuit animal eo viuo, de cuius bonis agitur, vt ff. vnde cogn. l. 2. §. si quis proximior. licèt ad bona libertorum aui debeat admitti. vt ff. de bo. libert. l. Paulus. §. Paul. Sed hæc possessio non valet, quia si sic esset, vt dãnum nepos nõ peteret nomine filij, imo suo: hic autem loquitur, cum filij nomine petit. Pone ergo casum, vbi potest emãcipatus transmittere contra tabulas, vt sup. ticu. 2. l. sed & si decesserit Azo. Petit ergo nepos nomine filij, id est ex persona filij, & idem esset in quolibet hærede filij, secundũ Azo.

6† Flor. omn.

g *Aere*] hoc dic, vt inf. de verbo. significatio. l. subsignatum. §. 1. Azo. Et facit C. eod. l. ea & ff. de iure do. l. mulier & inf. de iure fil. l. nõ possunt.

h *Debebat*] nisi in casu. gg onus matrimonij, vt inf. l. proxi. §. emancipati. Azo.

i *Caueri*] Facit sup. de pecu. l. sed si damnum. §. penul. Azo.

k *Culpa*] colligitur ergo, de perditis post mortem culpam præstari & dolũ. vt hic, & sup. l. proxi. §. conferuntur. secus in perditis ante, vel alienatis, vel euictis, vt sup. de euict. l. pater. Vel quia pater, idemque filius pro sua filia dotem dedisset, vt sup. titu. 2. l. in fi. Sed quæ culpa præstabitur. Puto leuis, vt ff. de leg. 2. l. cum res §. sed si culpa & maximè quia gratia sua & suorum fratrum fit collatio, ita vt habeat partem paternorum fratrum, vt habeat partem bonorum filius, argumento sumpto ex hoc quibus mod. re contrahi. obli. §. fi.

l *Debet*] ab eo emãcipato. Et est rõ diuersitatis inter hunc & sequentem casum, vt ff. de verbo. oblig. l. si filius & de re. iur. l. quæ legata. Item confert, non re ipsa, sed per cautionem, vt ff. tit. 1. l. 1. §. si sub conditione. nũ in dote, quã statim sibi computat. vt C. eo. l. dotis. quia videtur eam habere, & possidere etiam dum est apud virum. vt C. qui potio. in pign. habe. l. assiduis. Item contra ff. eo. l. pen. Solu. vt ibi. m *Fuisset*] filius emancipatus eo tempore, quo legabatur. Item contra sup. l. 2. §. si impuberis Solu. ibi. & facit C. de conditio. infer. l. si vxor. Accur.

n *Magis enim*] 2 electiuè ponitur. Non enim in condemnatione iniuriarum habetur respectus ad tem. vel pecuniã. sed ad

1 Hic 2. electiuè: sic in l. 2. cõmodati. §. fin. ff. cõmo. aliqñ cõparatiuè. in l. iubere eadem ff. de inrisd. omn. iu. Balin. l. transactione C. de transactio.

sed ad ipsam contumeliam, vt hic & inf. de iniu. l. itē apud §. si quis seruo. Licet sit arg. ff. C. de iniur. l. dñm. sed dic, vt ibi. Sed in actione furti, secus, quia ibi ipsa res æstimatur, vt duplet. Sed quid de popu. act. vt de albo corrupto, & alijs, quibus non prosequitur quis priuatum damnum, si fuerit iam lis contestata; Nam ante non sunt in bonis, vt inf. de verbo. signif. l. si cui. Rñ. si ratio legis spectetur, quia ad vindictam idem est, quod
1 ¶ Flo. 7. in act. iniur. Sed fortè est. & alia ratio, ff. in actio. iniur. quia etiam si esset in prāte, sibi competeret, vt inf. de act. & oblig. l. filius. Accur.

furti habeat actionem, conferre debebit.

¶ Si tres emancipati, [a] duo in potestate sint, Caius Cassius lib. 7. [1] †iuris ciuilis tertias [b] conferendas putat, vt emancipati, quia inuicem nō conferunt, [c] vnius [d] loco sint, nec indignari eos oportere, si plus conferant, & minus accipiant, [e] quia in prāte eorum sunt bonorum possessionem [f] omittere Iulianus quoque Cassij sententiam sequit.

¶ Si ex emancipato filio nepos emancipatus mortuo patre simul, & auo, bonorum possessionem vtriusque acceperit. cum vterq; eorum suum hęredē [g] reliquerit, eo modo collatio explicari potest, vt si (verbi gratia) centū in bonis habuerit, [2] † & patruo quinquaginta, & fratri quinquaginta conferre debeat. [h] Hoc enim rō facit siue personas, siue portiones numeremus.

Si ex filio mortuo extant duo nepotes emācipati, & p. teriti, si petant cōtra tabulas bonorum possessionē in bonis aui, debēt cōferre semissē. B.

¶ Si duo nepotes ex filio mortuo emancipati bonorū possessionem aui petant, vtrum dimidias, [i] an quartas [k] patruo conferre debeant, quæritur. Et verius est, semis. ses conferre eos oportere, quia & si viuo auo, cum in eius potestate essent, ducenta, puta, acquisissent; centum filius, centum duo fratres [l] per aui hæreditatem haberent.

¶ Si duo fratres [3] †emancipati bonorum possessionem petierint, & vnus contulerit, alter non contulerit, huius [m] portio tantum ei, qui in potestate est, prodesse dēt, non etiam emancipato, qm̄ eius causa, [n] qui in potestate est, denegantur ei actiones.

¶ Si per inopiam [o] emancipatus cauere non possit, non ita tim [p] ab eo transferenda est possessio, sed sustinendum est, donec possit inuenire fideiusores, vt tamen de ijs, quæ mora deteriora futura sunt, ijs, qui in potestate sunt, actio [4] †detur, ipsiq; caueant se [5] †in medium collaturos, si cautum eis fuerit.

Ius implendi conditionem non transit ad hæredem ex dispositione legis. Bar.

Iulianus. [6] †
LEX III.

PRætor * non sub condi tione collationis bonorum possessionē contra tabulas promittit, sed demōstrat, quid data bonorū possessione fieri oporteat, [7] †alioquin magna captio erit emancipati, si non aliter bonorum possessionem intelligeretur accipere, nisi cōferat, quia hæredes possent pati damnū. Sed non dat bon. possessio sub condōne, si cōferat, qua si iterim decederet, hęredi suo nihil relinqueret. Itē si frater eius decessisset, non admitteretur ad eius bonorum possessio. Et ideo dicendum est, quod vocatur statim ad contra tabulas, sed dēt offerre, vel cauere, alias denegatur act.

¶ *Emancipatus*] Si filius emancipatus facit controuersiā impuberi, qui dicit se filium fuisse in potestate, nunquid debet conferre? Certè sic, vel cauere debet de conferendo, quia cō. si peteret se mitti in possessio tenetur de bonis restituendis.

¶ *Iulianus*] Si emancipatus petijt contra tabulas dēt conferre bona suis, qui erant in prāte, sed si qua à patre fuerunt relicta, in medium dēt conferre, & est conueniens, vt conferant, quæ habent. Quod potest apparere exemplo tali, Pater habebat quadringenta, & habebat duos filios in potestate, & duos emancipatos prætetitos, vni ex filijs emancipatis reliquit centum, alij sexaginta, ille debet conferre pro centum triginta, & trientem ferre, ille alius debet conferre pro centum, & viginti.

¶ *Emancipati*] Si emancipatus petit bonorum possessionem contra tabulas debet suo conferre, ideo dum confert, dotem vxoris suæ potest detrahere, quia illa non est conferenda, sup. eo. l. 1. §. iubet.

¶ *Emancipatus filius*] Frater emancipatus deliberabat velle petere contra tabulas, vel non. & in tantum cauit de conferendo: postea non petit contra tabulas, nunquid si à fratre conueniatur, poterit vti exceptione? Non, sed videtur ipso iure tutus. Sed si pecuniam soluisset, & petijsset contra tabulas, pecuniam posset condicere.

¶ *Qui duos*] Paterfamilias habebat duos filios in potestate, ex vno eorum nepotem, emancipauit filium, ex quo habebat nepotem, filius emancipatus procreauit filium, illum loco filij adoptauit auus: postea decessit emancipato prætcrito. Nunquid potest peti contra tabulas? Certè sic à prætcrito, & est facienda collatio in tres partes, vna pertinet ad filium, qui est in potestate, altera ad nepotem, quem loco filij adoptauit: tertia ad emancipatum filium, & nepotem, qui in potestate remanse-

---

a *Si tres emancipati*] quorum quilibet habet trecentos.

b *Tertias*] s. partes ita, qđ quilibet emāncipatorum centū vni & centum alteri det, & sibi centū teneat, vt inf. l. proxi. §. Iulianus. nec obst. supra eod. l. 1. §. si ex dodrā te, vt ibi no.

c *Non conferunt*] vt C. eodem l. si emancipati.

d *Vnius*] vt enim si vnus esset emancipatus, & haberet nongenta, conferret cuique trecenta, & sibi vna trecenta retineret, ita, & quando sunt tres.

2 † Fl. habuit.

e *Accipiant*] scilicet. Quartam per cōtra tabulas bonorū. Accursius.

f *Bonorum possessionem*] contra tabulas.

g *Suum hæredem*] puta, quilibet filium suum in potestate

h *Conferre debeat*] sic ergo nihil sibi retinet. Imò virilem debet sibi retinere, vt ff. eod. l. 1. §. portiones. Respond. quia potest alia ratione habere, quod apertè est ff. hunc, §. Dic ergo, quia aui dimidiam hæreditatis aufert, & dimidiam de centum ei conferat, i. communicet, & sic fratri: remanet ergo sibi medietas, & sic non tantum confert, quantū accipit, & sic est cōtra ff. l. 1. §. si ex dodrāte. Solu. hic ff. duas hæreditates. Sed adhuc ob. §. portiones, quia oīa paterna debent conferri, sed hoc facit hic duarum hēditatū necessitas, vt minus det ī quātitate, & pl' accipiat.

i *Dimidias*] s. vterque dimidiam.

k *Quartas*] i. vterque neporum quartam eorum, quæ habent, quia & talem partem sunt habituri in bonis aui, vt inst. de hæred. ab intest. §. & quia placuit.

l *Duo fratres*] s. & hi nepotes in potestate retenti. Azo. Nota quod plures confert, quam aufert. Et sic est arg. contra. sup. eo. l. 1. §. si ex dodrante. Sed hoc ideo, quia ibi duo nepotes sunt loco vnius, s. sui patris, qui sic conferet.

m *Huius*] non conferentis.

n *Eius causa*] sic C. qui ad ff. procla. non licet. l. 3.

o *Si per inopiam*] secus si per contumaciam.

p *Statim*] s. transacto tempore nec modico, nec maximo, ut inf. de fol. ratum. vtroque tamē casu constitueretur curator bonis, vt ff. eo. tit. l. 1. §. si frater. & §. si cum duob. Azo.

PRÆTOR] CASVS. In prin. huius l. dicitur. Si emancipatus prætcritus petit cōtra tabulas, illa bonorum possessio non defertur ei sub conditione, si contulerit, sed pure: verum tamen denegantur act. nisi cōferat, quia hæredes possent pati damnū. Sed non dat bon. possessio sub condōne, si cōferat, qua si iterim decederet, hęredi suo nihil relinqueret. Itē si frater eius decessisset, non admitteretur ad eius bonorum possessio. Et ideo dicendum est, quod vocatur statim ad contra tabulas, sed dēt offerre, vel cauere, alias denegatur act. 3 † l. decē fratres.

4 † Sunt q̄ putent legēdū, auctio, aut saltem, si hęc lectio retineat, actionem hic idē esse, quod exactionem.

5 † Fl. deest, se.

6 † lib. 33. Dig. ahās Paulus.

* Intel. huius l. vide apud Petr. Stell. in l. q̄ Romæ. §. Augetius. n. 78. 3 ver. obl.

7 † F. vpote.

lat. vt pf ei soli confera. cum quo bonorum possess. accepit.

a *Ipse decessisset*]f. emancipatus.

b *Nihil relinqueret*]cum, quia pendente conditione decessit, vt C. de cadu. toll. §. sin autem. tum quia nonaginta nō transmittunt. vt sup. de bon. possess. l. 3. §. denique. Acc.

c *Frater*] qui est in potestate. & dic. decessisset, sine hærede.

d *Non admitteretur*] f. emancipatus. Alij dñt emancipatū non admitti, qui non consulit fratri viuēti, qā nō placet, qa & eius hæredi pōt caueri. vt sup. eo. l. 1. 6. ibid.

e *Accipere*] f. posse.

f *Non caueret*] scilicet postea.

g *Remaneo*] si possideat denegatis actionib. ei, qui nō cauit. vt C. eo. l. posthumo, vel si non possideat, officio iudicis ei cōsuleretur. vt C. eo. l. si soror. Et facit, qd condō nō intelligat. ff. de acq. possess l. qd meo. 6. si furiosus. Sed argu. ff. in eod. tit. l. fi me in vacuam, & inf. de no. oper. nunc. l. stipulatio. 4. habet.

h *Impuberi*] de statu. & bonis. & sic habet loco Carbonianū. vt arg. ff. de Carb. edic. l. 1. in prin.

i *Si*] idest an.

k *Ei*] impuberi.

l *Conferendum*]& sic apparet. quod petat Carbon & bon. poss. & collationē. si fari. dederit. vt hic. & inf. de Carbonia. edic. l. pen. §. fi.

m *His solis*]quod dicit non aliis emancipatis. vt C. eod. l. si emancipati. Acc.

n *Viribus*] de vtriusque bonis.

o *Vt emancipatis*] f. alijs. Acc.

p *Alterum*]. emancipatorum.

q *Centum triginta tria*]f. centum de paternis, & 33. aureos, & tertiā alterius aurei. quod est tertia centum de suis.

r *Centum viginti*] f. centum de paternis. viginti de suis. i. tertiam. & sic plus confert, quàm aufert. Confert enim tertiā. & aufert quartam, sic sup. l. proxi. §. si tres. Nec obst. sup. eod. l. 1. §. si ex dodrante. vbi no.

s *Præmium*] etiam constante matrimonio. quia sentit onera matrimonij. vt ff. familiercisc. l. si filia. §. hoc amplius. & sup. de iure dot. l. si is. f. ibi. & facit sup. eo. l. 1. §. emancipatus. aliàs. præcipuam.

t *Deliberat*]de accipienda bono. possess. vel non.

u *Caueris*] sponte eam ingressus. ante quàm petat bonorum possessionem non cogitur cauere. vt supra ea. l. in princip. Hug.

x *Petierit*] sed omiserit. Sed quid est, quod promissor non tenetur ipso iure, vt hic, sed tradendo trāsfert dominium, vt subijcit? Respondic tutum ipso iure, scilicet exceptionis, sic ponitur ff. de sol. qui decem 2. respon. & arg. inf. de reg. iu. l. nihil intelligit. Vel stipulatio est de iure ciuili. vnde per aliud ius ciuile potest intelligi tacita cō ditio. f. si petet bonorum possessionem. sed traditio dominij est de iure gentium. vt Instit. de rerum diui. §. per traditionem. Circa quod. vt circa immutabile, ius ciuile facere non audet. vt Instit. de leg. agn. tu. §. fin. & de hæred. ab intest. §. minus. licet expressa possit apponi conditio etiam in dominio. vt inf. & solu. ff. sub conditione. Sed prima placet. quia & stipulatio valet. sed conditioni liberatio. vt sup. de cōdictio. sine causa. l. qui sine. & facit sup. de condict. ob causam. l. 1. & l. si filius.

y *Conditionem*] sine causa, vt subijcit. & etiam ob causam. vt d. l. si filius.

z *Intestatus*]hoc casu habet locum. Vnde liberi.

a *Ei*] nepoti. & facit sup. de contra tabulas. l. 3. §. si quis post emancipationē. & l. si duobus. in fin. & sup. tit. 1. l. quia & sup. eod. l. 1. §. 1. & §. si ex dodrante. in fi. & in f. eodem. l. fina. in fine.

b *Bonis esse dos intelligitur*]hoc casu habet locum. Vnde liberi.

a *Ei*] nepoti. & facit sup. de contra tabulas. l. 3. §. si quis post emancipationē. & l. si duobus. in fin. & sup. tit. 1. l. quia & sup. eod. l. 1. §. 1. & §. si ex dodrante. in fi. & in f. eodem. l. fina. in fine.

FINIS] CASVS. Si filius emancipatus præteritus petit contra tabu. dotem datam pro filia non tenetur conferre, quia non intelligitur in bonis suis.

b *Bonis familiæ*] quę fratribus suis debet conferre. & facit ad l. ff. tit. 1. l. 4. §. & ff. ad l. Falcid. l. pater. & de iure dotiū. l. pater. & ad Trebell. l. filio.

Signis

• Vide de hoc ad lō gā per B. l. mulieri. & Titio. ī. de condit. & demō. Et an conditio apposita in persona vni⁹. cēseat repetita ī p sona cōiu ct⁹. in l. fi. §. Scio. & quod ibi no. sup. de leg. 2.

1† Fl. intelligendū.

2† Fl. obseruabit.

3† Fl. fuerit.

4† Fl. deest, ei.

5† Fl. Lul. Quoties.

6† Flo. vt emanc.

7† F. ferre

8† In archetypo erat quadraginta, & dicit recte Tutel. edidit. quadringenta. vt ait I. adoot.

9† Fl. habebit.

10† Flo. is verò qui-

11† Fl. remanserit.

12† Fl. accipiat.

13† Fl. Quæstio.

cipere, nisi cauisset de collatione. Nam si interim ipse decessisset, [a] hæredi suo • nihil relinqueret. [b] Item si frater [c] eius decessisset, non admitteretur [d] ad bonorum possessionem. Quid ergo? Intelligendus est [1] † bonorum possessionem accipere, [e] & ante, quam caueat. Sed si non cauerit, [f] ita obseruatur, [2] † vt tota hæreditas apud eum, qui in potestate sit, [3] † remaneat. [g]

¶ Emancipatus filius controuersiam facit impuberi, [h] qui se filium, & in potestate patris fuisse dicit: quæro, si bona sua ei [k] emancipatus conferre debeat? Paulus notat, Puto ei [4] † conferendum [l] esse exacta cautione, vt victus, sicut hæreditatem, ita & quæ collata sunt, præstet. [5] †

¶ Quoties contra tabu. bonorum possessio datur, emancipati bona sua conferre debent ijs solis, [m] qui in potestate patris fuerint. Hoc quemadmodum expediri oporteat, quæri solet. Nam si bona à patre relicta, & emancipatorum, in medium conferantur, & ita viriles [n] partes sumantur, eueniet, vt [6] † emancipatis [o] quoque collatio ab ipsis facta, prosit. Videamus ergo, ne commodissimum sit, emancipatos quartam partem ex bonis paternis conferre, [7] † ex suis tertiam. Quod dico, exemplo manifestius fiet. Ponamus partem quadringenta [8] † reliquisse, & duos in potestate filios, duos emancipatos, ex quibus alterum [p] centum, alterum sexaginta in bonis habere. Is, qui centum habebat, [9] † centum trigintatria, [q] & trientem feret: isque verò [10] † qui sexaginta contulerit, centum viginti. [r] Atque ita eueniet, vt collationis emolumentum ad sos, qui in potestate remanserint, perueniat.

¶ Emancipati bona sua conferre cum iis, qui in potestate fuerint, iubentur. Quare ficut is, qui in potestate est, dotem vxoris præcipit, ita emancipatus quoque, quasi præcipiat, [s] retinere debet.

¶ Emancipatus præteritus si dum deliberat, [t] cauerit [u] de bonorum collatione, nec bonorum possessionem petierit [x] agente fratre ex stipulatu, ipso iure tutus erit. Sed, & si pecuniam contulerit, condictione [y] eā repetet. Omissa.n. bono. possess. incipit pecunia sine causa esse apud hæredem.

¶ Qui duos filios in potestate habebat, & ex vno eorum nepotem, emancipauit filium ex quo nepotem, habebat: deinde emancipatus factus procreauit filium, quem auus in locum filij adoptauit, & vel intestatus [z] vel testamento facto præterito emancipato filio decessit. Quæsitum est quid de bonorum possessione, quid de collatione iuris esset? Respondi, Bonorum, de quibus quæritur, tres partes fieri debēt: ex quibus vna pertinet ad filium, qui in potestate remansit: altera ad nepotem, qui in locum filij adoptatus est: tertia ad emancipatum filium, & nepotem, qui in potestate remansit [11] † ita vt pater soli ei [a] conferat, cū quo bono. pos. accipiet. [12] †

Dos profectitia non dicitur esse in bonis patris. Part.

Africanus. [13] †

LEX IV.

FIlium emācipatum dotē, quā filiæ suæ noie dedit, conferre non debere, quia non sicut in matrisfa. [b] bonis esse dos intelligitur, ita & in patris, à quo sit profecta.

SI *quis*] CASVS. Quidam habebat filium sui iuris constitutum, & ex eo nepotẽ. ille nepos accipit contra tabulas nunquid tenetur conferre sicut filius adoptiuus. dicit q̃ debet conferre, si putat vtile, petere contra tabulas. Sed si non velit non debet conferre, nam vbi petit contra tabulas, dẽt cõferre quod habet, vel dolo desijt habere. sed alia conferre non tenetur.

¶ *Stipulatio*] Promisit per stipulationem datis fideiussoribus emancipatus suo conferre, quando committetur? Respon. q̃ quando emancipatus interpellatus est, & elapsum est tempus, quo conferre potuit: si autem non conferat, vel dolo fecit, quominus conferat, committetur stipulatio ad interesse. Viu.

a *Si quis filium*] pone casum, vt j. vnde lib. l. si patet.

b *Bonorum possessionem*] cum sorore & in potestate constituta, de qua lex dicit, q̃ potest, vt ſ. de contra tab. l. si retentus.

c *Sui*] scilicet nepotis bonis.

d *Eum*] scilicet auũ qui habet in potestate nepotem.

e *Similem*] hunc naturalem nepotem. & nouum vice naturalis nepotis ei, q̃ adoptauit nepotem, tanquã ex filio natum filio consentiente, & postea filiam genauit hic filius, ad quod ſ. eod l. 1. ſ. is quoque.

f *Vt ad eum*] nepotem emancipatum.

g *Patri*] in cuius potestate est hæc filia, ſ. filij emancipati.

h *Inde*] id est, propter id. Azo.

i *Cum auo*] ecce quare non debet cõqueri. Azo.

K *Non potest*] imò maior, quia auo defuncto, neptis in totum de iure ciuili, filius adoptiuus emancipatus in nihilum succedit. Azo.

l *Et tamen*] no. quòd vbi non est eadem ratio, est tamẽ idem ius, arg. pro, & cõtra, ſ. ad l. Aquil. l. illud.

m *Spatio*] nec minimo, nec maximo, vt ſ. de sol. l. rarum. & l. quod dicimus. & ſ. ad l Falc. l. 1 §. item si ita. & §. quod dixi & ſ. ad Tertyl. l. 2. §. confestim.

n *Conferat*] quia res suas alienauit, quas conferre debebat, & facit, ſ. eo. l. 1. §. si cùm duobus. & l. 2. ſ. de illis.

Si nepos in potestate retentus veniat ad successionem patris emancipati, auus pro eo cogitur conferre, nisi enm bona fide emancipet. Bart.

Vlpianus. 1 †

LEX V.

SI quis filium [a] sui iuris, & ex eo nepotẽ in potestate sua hẽt, consequenter erit dicendum, si nepos patris sui emancipati accipiat bonorũ possessionem, [b] de conferendis suis [c] quoque bonis cauere cum [d] debere, & esse similem [e] ei, qui adoptauit. Hoc enim D. Fratres rescripserũt, vt ad collationem auus compellatur. Planè eodem rescripto adiectum est sic, Nisi fortè auus iste nullum ex his bonis fructũ acquirere vult, paratusque est de potestate nepotem dimittere, vt ad eum [f] emancipatum omne emolumentum bonorum possessionis perueniat. Nec idcirco ea filia, quæ post emancipationẽ nata patri [g] hæres extitit iustè queri poterit in id, [2] † [h] quòd eo facto collationis commodo excludatur, [3] † cum, auo [i] quandoq; defuncto ad bona eius simul cũ fratre possit venire. Hæc in patre adoptiuo rõ reddi non potest, [k] & tamen [l] idem [4] † dicemus, si sine dolo malo emancipauerit.

¶ Stipulatio autem collationis tunc committitur, cũ interpellatus cũ aliquo spatio, [m] quo cõferre potuit, non facit: maximè cùm viri boni arbitratu collationem fieri edicto Prætoris insertũ est. Sine ergo in totum collatio facta non est, siue in partẽ facta, locũ habebit hæc stipulatio. Et siue quis non cõferat [n] ex hac stipulatione, siue dolo fecerit, quò minus conferat: quãtica res erit, in tantam pecuniam condemnabitur.

Si auus dat dotẽ pro nepte ex filio, in ius, quod hẽt auus in dote, succedit ille filius, sine ĩstitutus sine exheredatus. B.

Celsus. 5 †

LEX VI.

DOtem, [o] quã dedit auus paternus, an post mortem aui mortua in matrimonio filia, patri reddi oporteat, quæritur. Occurrit æquitas rei, vt quod pater meus propter me filiæ meę nomine dedit, perinde sit, atque si ipse [o] dederim: quippe officium aui circa neptem, ex officio [p] patris erga filiũ pendet. & quia pater filiæ, ideò auus propter filium nepti dotem dare debet. Quid si filius à patre exhæredatus est? Existimo non absurdè dici, [6] † etiam in exhæredato filio idem [q] posse defendi. Nec infauorabilis sententia est, vt hoc saltem habeat ex paternis, quod propter illum datum est.

Idem. 7 †

LEX VII.

SI nepotes [r] in locum filij [s] successerint, [8] † vna portio his conferri debet, [t] vti [u] bonorum possessionis vnam partem habeant. Sed & ipsi [x] ita conferre debent, quasi omnes vnus essent.

Circa hæreditatem admittitur variatio vsque ad annum. Bartolus.

o *Ipse*] scilicet ego factus mei iuris.

p *Ex officio*] id est ex pietate, quam quilibet pater dẽt filio, etiam nepti prouidere habet necesse. ſ. propter filii personã mediam, vt subijcit. Azo. Et facit ſup. de don. inter virũ, & vxorem. l. 3. §. finali.

q *Idem*] vt debeat ei dos reddi. Sed contra. ſup. de iure do. l. auus. Solu. hic æquitas, ibi rigor. Vel dic, propter filium dedit nomine neptis, ibi propter nepotem nomine neptis, vt hic colligitur. Sed an debeat eam conferre, si vult succedere auo. Respon. si extat matrimonium, tempore mortis aui, cõstat, quod non, vt sup eodem l. filium. & inf. titulo primo. l. 1. §. fi. aliàs aut morte, & confertur, aut alio modo, & tunc non. vt arg sup. pro socio. l. si socius. §. cæterum. & sup. eod. l. 1. §. si is qui bona.

r *Si nepotes*] CASVS. Nepotes ex filio, puta duo, vel tres in locum filij successerunt, nunquid illa portio, quæ erat patri eorum conferẽda, petita bonorum possess. erit eis confetenda? sic. Viuianus.

s *Successerint*] in potestate constituti.

t *Filij*] emancipati, qui fuit eorũ pater.

u *Conferri debet*] à patruis, scilicet.

u *Vti*] id est sicut bonorum &c. vt ſ. eod. l. cum emancipati. §. si duo.

x *Sed & ipsi*] cùm emancipati sunt Io. vel non in potestate cõstituti. alioqui non conferrent, vt sup. eo. l. 1. §. portiones. Et dic pauris retinendo sibi virilem pro numero patruorum, vt sup eod. l. 1. §. fin. sed videtur, quod ĩtum inter se, & non patruis, vt inf. tit. 1 l. 2. §. si sit nepos. d. 2. & 5. respon. contra. Sol. ibi, & facit infrà. de coniurgen. libe. l. 1. §. antepenul.

1 † lib. 79. ad edict.

2 † Fl. poterit, inquit, q̃.

3 † Fl. excluditur.

4 † Flo. & ĩñ & ibi idem.

5 † lib. 10. Digest.

* aliàs incipit dedit dotẽ. & intell. istius, l. vi de apud Io. Coras. in l. frater à fratre in prælud. nu. 114. ſu. de condi. indeb. & Fo. Garci. in l. Gallus. §. quidam. nu. 41. de lib. & post.

6 † Fl. desit dici.

7 † lib. 13. Digest.

8 † Fl. successerunt.

NOnnunquam] CASVS. Filius erat emancipatus, voluit cauere petita contra tabulas de conferendo, nunquid ei licebit postea variare? sic, & ideò si forte emancipatus petijt contra tabulas, & noluit cõferre, & postea vult, audietur. Sed si primo dixit se velle conferre, postea repudiare, audietur, quia benigna est sententia, vt liceat emancipatis variare, dum disputatur de bonis paternis inter eos. Nam primo dicunt nolumus cauere, postea volunt: benignius est admitti cum cautione. Viuianus.

a *Mutantis*] voluntatem: vnde dī, sapientis est mutare consilium in melius, vt arg. in Auth. vt fra. fi. in princ. Sed contrà. C de modo mul. l. fi. in fine, & ī. de bo. lib. l nā absurdum. & ī. de le. 1. l. si ex toto. §. fi. & ī. de insti. o. l. sed & si. §. item si plures. Sol. hic speciale, quia de hæreditate patris tractatur, q̄ est quasi nobis debita, vt C. de codicil. l fi. & dic similia ī. de procurat. in causæ. §. 1. Viu.

b *Parentis*] in primo gradu consistentis: nam idem esset, si disceptaretur de bonis auitis. Azo.

c *Moram*] admissam in primo anno. Azo. admittitur tñ perpetuò ad cauendum, vt no. ī. eo. l. 1. §. sed & si quidem per contumaciā. dūmodo intra annū bono. poss. agnoscat, vt ī. cod. l. Prætor in princ.

d *Bonorum poss sio*] Vnde libert. Accur.

e *Familia*] ſ. aui.

f *Semissem*] id est, dimidiam hereditatis auitæ.

g *Emolumento*] quia suus patet ei conferre, vt sup. eod. l. Prætor in fi. & ī. de coniung. lib. l. 1. §. emancipatus.

h *Fratri*] suo scilicet proprio

i *In familia*] scilicet sui patris.

k *Cogetur*] patet ergo, collationem fieri ab his, qui quoquo modo sui iuris facti sunt, hic enim nepos per mortem aui sui iuris factus est: nec mirum, q̄ contra tabul. detur quocunq; modo sui iuris facto, vt sup. de contra tabul. l. 1. §. & sui. & l. si emancipatus in prin. & per petitionē contra tab. inducitur collatio. Azo. vt sup. eo. l. 1. in princ.

1† lib 3. Quæstio. 2† Aliàs, Nunquā. 3† Fl. variantem. alias, variantē nō repellit, & consiliū mutantē nō asper. & c. & de variatione, q̄ admittat. vide p Dy. in ca. q̄ semel. de regu. iur. lib. 6. in c. bonæ ad fi. de postu præl. in ca. Iter canonicos. I verbo, subscriptū d ele. lib. 6. *Cic. li. 1. epist pen. epist. in hanc sententiā in q̄ titu nunquā præfatibus ī republica gubernanda vitis laudata ē in vna sētētia perpetua mā sio.

4† Aliàs, paternis. 5† Flor. esset. 6† li. 5. responso. 7† Fl. hæreditatis.

8† lib. 5. Quæstio. *Intel. huius l. vide p Cagn. l. l. si emancipati. nu. 75. C. de coll.

Papinianus. 1†

LEX VIII.

NOnnunquam [2]† Prætor varietatem [3]† non repellit, & consilium mutantis [a] non aspernatur. * Vnde quidam filium emancipatū, qui de bonis conferendis cauere fratribus noluit, audiendum postea putauerunt, si vellet oblata cautione beneficium bono. poss. exercere: tametsi responderi possit, videri eum possessionem repudiasse, qui formā possessionis conseruare noluit. Sed benignior est diuersa sniа, maximè cum de bonis parentis [b] 4† inter fratres disputetur: quem tamen facilius admittendum existimo, si intra tps delatæ possessionis cautionem offerat. Nā post annum, quam delata est 5† bonorum possessio voluntariam moram [c] cautionis admittere difficilius est.

Idem. 6†

LEX IX.

FIlius emancipatus intestati patris bonorum possessionem [d] accepit: nepos ex eodem in familia [e] retentus, semissem [f] hæredis 7† cū emolumento [g] collationis habebit. Idem nepos, si postea bonorum poss. intestati patris accipiat, fratri [h] post emancipationem patris quæsito, & in familia [i] retento, bona sua conferre cogetur. [k]

In his, qui succedunt diuerso iure, habet locum collatio. Bartolus.

Scæuola. 8†

LEX X.

SI filius * in potestate hrs institutus [l] adeat, & emancipato petente bonorum possessionem contra tabulas, ipse non petat, [m] nec conferendum est ei: & ita edictum [n] haber. 9† Sed magis sentio, vt quemadmodū pro parte hæreditatem retinet eo iure, * quo bonorum possessionem petere possit, 10† ita & conferri ei debeat: vtique cùm iniuriam per bonorum possessionem patiatur.

Paulus. 11†

LEX XI.

PAulus respondit, ea, quæ post mortem patris filio reddi debuerunt, emancipatum filium, quamuis prius cōsecutus sit, quam deberentur, fratri, qui in potestate patris relictus est, conferre non debere: [o] cum post mortem patris non tam ex donatione, quàm ex causa debiti [p] ea possidere videatur.

Idem. 12†

LEX XII.

SI * prægnantem [q] quis vxorem reliquerit, & ea ventris nomine in possessionem missa fuerit, interim cessat collatio. Nam ante, quam nascatur, non potest dici in potestate morientis fuisse, sed nato confertur. 13†

De collatione dotis. 14†

TITVLVS VII.

Si filia emancipata petat contra tabulas, cogitur dotem conferre: siue succedat cū fratribus ab intestato: & si filia est stipulata dotem reddi, tūc locus est collationi: sed si pater est stipulatus nomine filiæ, tūc collationi non est locus h. d.

a *Mutantis*] voluntatem: vnde dī, sapientis est mutare consilium in melius, vt arg. in Auth. vt fra. fi. in princ. Sed contrà. C de modo mul. l. fi. in fine, & ī. de bo. lib. l nā absurdum. & ī. de le. 1. l. si ex toto. §. fi. & ī. de insti. o. l. sed & si. §. item si plures. Sol. hic speciale, quia de hæreditate patris tractatur, q̄ est quasi nobis debita, vt C. de codicil. l fi. & dic similia ī. de procurat. in causæ. §. 1. Viu.

b *Parentis*] in primo gradu consistentis: nam idem esset, si disceptaretur de bonis auitis. Azo.

c *Moram*] admissam in primo anno. Azo. admittitur tñ perpetuò ad cauendum, vt no. ī. eo. l. 1. §. sed & si quidem per contumaciā. dūmodo intra annū bono. poss. agnoscat, vt ī. cod. l. Prætor in princ.

d *Bonorum poss sio*] Vnde libert. Accur.

e *Familia*] ſ. aui.

f *Semissem*] id est, dimidiam hereditatis auitæ.

g *Emolumento*] quia suus patet ei conferre, vt sup. eod. l. Prætor in fi. & ī. de coniung. lib. l. 1. §. emancipatus.

h *Fratri*] suo scilicet proprio

i *In familia*] scilicet sui patris.

k *Cogetur*] patet ergo, collationem fieri ab his, qui quoquo modo sui iuris facti sunt, hic enim nepos per mortem aui sui iuris factus est: nec mirum, q̄ contra tabul. detur quocunq; modo sui iuris facto, vt sup. de contra tabul. l. 1. §. & sui. & l. si emancipatus in prin. & per petitionē contra tab. inducitur collatio. Azo. vt sup. eo. l. 1. in princ.

S I filius] CASVS. Pater filium suum instituit, emancipatum præterijt: institutus adiuit, emancipatus nō vult petere contra tabu. nunquid teneatur conferre suo? Non. Viu.

l *Instituatur*] in solidum, vel amplius, quam in triſle.

m *Non petat*] sed iure ciuili adeat, & retineat.

n *Edictum*] sic ergo per edictum non fit collatio, nisi inter eos, qui veniunt eodē iure: vt ambo per vnde liberi, vel ambo per cōtra tab licet vnus būficio alterius, vt hic, & ī. e. l. 1. & ī. tit. 2. l. nec ipsa, & ī. tit. 2. l. filiū. §. & hoc si cōsequens quæ est ī. Sed per æquitatē Scæuolæ secus, vt hic subijcit, & etiā Imperatoris, vt ī. tit. 1. l. 1. in princ. & C. eo. l. vt liberis. & hoc si minuitur portio instituti per contra tab. prēteriti, vt hic subijcit. Augeri aūt non posset cū adijt instituus, vt ī. de contra tab. l. si ex duobus. §. sed illud. Itē contra huic l. ī. tit. 1. l. pater. Sol. hic ex toto rumpitur per contra tabu. iure Prætorio, vt ī. de cōtra tab. l. filium. §. videamus. Sed per querelam, non: vt in contrario. Accur.

9† Fabr ira edict se habet. * Hodie aūt, ſm Bar. loci hēt collatio inter succedentes quocū que sunt: notant i l. pater filiū inf. ti. xxi. Bal. in rubr. de collatio. do.

10† Flor. posset.

11† li. 11. Respon.

12† li. 43. ad edict.

*Inte' hanc l. vide per Seb. Sap. in l. si pater is. nu. 9. C. vnde lib. & ibi etiā p Gozad. num. 4.

13† Flō feretur.

14† hic et in indice. ti. Fl. aūt habet. de dotis collatione.

o *Non debere*] imò vt q̄ sic, inspecto initio. vt ī. l. cùm emanci. §. id quoq;. in pri. quæ est cōtra. Sol. hic est debitū castrense: ad quod ī. eod. l. 1. §. nec castrense. Vel pater filio donauit causa mortis sub conditione, & dedit ante mortē. sed post mortem extitit conditio. Hoc. n. casu non confertur, sicut nec legatū. vt C eo. l. si emancipati. Est enim simile legato, vt Instit. de dona. §. 1. Vel verius, ibi ab extraneo sub conditione fuit filius stipulatus, hic à patre cōferente in eum supremum iudiciū, quæ haberet præcipua, & si esset in potestate, vt C. fa. er. l. filiæ. & facit C. eo. l. vt liberis. in fi. Accur.

p *Debita*] sic ī de hære. instit. l. 3. §. 2.

S I pragnanti] CASVS. Pater suum instituit, emancipatum præterijt, prægnantem vxorē reliquit, si venter mittitur in poss. essat collatio: quia quanquam nascatur posthumus, non potest dici res reduci ad causam intestati. Vivian.

q *Si prægnantem*] facit C. eo. l. posthumus.

DE COLLATIONE DOTIS.

In qua est aliquid speciale. vt no. sup. tit. 1. l. cum emancipati. §. ad quæque.

ADDITIO. *De collatione in genere dictum est, nunc in specie dicetur*

dicitur de dote. & ideo dicit rubrica de dotis collatione, quando locum habeat, quando ceſſet. Et locum habet ſecundum hæc tempora, quando locus eſt ſucceſſioni ab inteſtato, ſine filius præteritus petat contra tab. ſive ab inteſtato ſuccedat: niſi teſtator venerit. C. eo. auth. ex teſtamento. Vin. Cuiac. autem in para. ad hunc tit. rationem dicit quare ſeparatim tractet de collatione dotis.

1† lib. 40. ad edictũ 2† F. Quãquam.

VLPIANVS. 1†
LEX I.

QVamuis 2† ita demum ad collationem dotis Prætor cogat filiam, ſi petat bonorũ poſſeſſionem: attamẽ etſi nõ petat, conferre debebit ſi modo ſe bonis paternis immiſceat. [a] Et hoc diuus Pius Vlpio Adriano reſcripſit, ét eã, quæ non petierit bonorum poſſeſſionem, ad collationẽ dotis per arbitrium familiæ erciſcũdæ poſſe compelli. [b]

¶ Si in ſtipulationem 3† reducta ſit dos: ſi quidem ipſa mulier ſtipulata ſit, vel ipſi negotium geſtum, [c] æquè conferre cogetur: ſi verò alij quæ ſita eſt ſtipulatio, dicẽdum eſt ceſſare collationem, [d] & ſi tantum promiſſa ſit dos, collatio eius fiet.

¶ Si ſit [e] nepos, & neptis ex eodem filio, & dotata ſit neptis, ſit, & filius, nõ pater eorum: [f] neptis omnem dotem ſoli fratri collatura eſt: emancipata autem neptis dotẽ, & bona ſua ſoli nepoti, [h] non etiam patruo conferet. Sed ſi ſit neptis ſola, non etiã nepos ex eodem: tunc conferet patruo, itemque nepoti, vel nepti 4† ex alio. Sed & ſi duæ neptes ſint ex diuerſis filijs, conferent, & inuicẽ, [k] & patruo, ſi ex eodem patre, [l] tantum inuicem [m] conferent.

¶ Cùm dos confertur, impenſarum neceſsariarum [n] fit detractio, cæterarum [o] non. Quòd ſi iam diuortiũ factum eſt, & maritus non ſit ſoluendo, non debebit integra dos cõputari mulieri, ſed id, quod ad mulierem poteſt peruenire: hoc eſt, quod facere maritus poteſt. [p]

¶ Si ſub conditione pater, vel extraneus [q] dotem promiſerit: cautione opus erit, vt tunc conferat mulier dotem, cum dotata eſſe cæperit.

¶ Filiam, quæ ab inteſtato [r] patri hæres ſit, conferre quidem dotem oportet: [s] conſequens autem eſt, vt ex pollicitatione [t] dotis pro parte dimidia fratrem [u] ſuum liberet. Aequius enim eſt in ſolidum de ſuo eam dotatam eſſe.

¶ Si emancipatus filius, qui contra tabulas bonorum poſſeſſionem acceperit, 5† filiam dotatam habeat, non debet dotem eius conferre, [x] * quia in bonis eius [y] non eſt.

CAIVS. 6†
LEX II.

FIlia in adoptionem data, & hæs inſtituta, [z] debet, ſicut emancipata, non ſolum bona ſua, ſed & dotem, quæ ad eam peruenire 7† poterit, neptis dotem ſuæ matris, quia & mater contuliſſet, hic non confert ſuam propriam dotem patruis, quia nec mater, nec pater cõtuliſſet, vt dixi. Alij, q̃ hic de ſucceſſione patris, nõ nepotis dicat, & nil eſſet contra, ſed cõtra legẽ iſtã eſt. Acc. f *Non pater ceram*] ſubſit, ideſt non viuat, alias quammodo neptis conferet, cum nec ſuccederet. Azo. g *Neptis*] auo ſuccedens. Acc.

h *Soli nepoti*] in poteſtate aui conſtituto, cui ſoli fit iniuria, cum hæc neptis contra ius ciuile cum eo admittatur, non autem patruis ſit iniuria, & ideo eis non conferetur, vt ſ. tit. 6. l. Prætor. §. fi. Acc.

i *Ex alio*] patruo.

k *Inuicem*] quod vni eorum datum eſt à patre communiter bona paterna, quaſi omnes vnus eſſent, conferunt, vt ſup. tit. 3. l. ſi nepotes.

l *Ex eodem patre*] eodemque filio nam & ſup. potui in nepotibus diuerſis filijs.

m *Tantum inuicem*] vt ſup. 1. & 2. reſpon. huius §. penul.

n *Neceſſariarum.*] idem in vtilibus, quę neceſſariæ quandoqi dicuntur, ſecundum Azo. ſed ſecundum Hug. contra.

o *Cæterarum*] ſcilicet, voluntariarum. Computabit ergo in ſuam portionem dotẽ tantò minus, quãto eſt hæc expenſa. vt hic, & C. eod. l. dotis.

p *Poteſt*] ſed hodie conſeri actionem, licet inanem, & integram portionẽ peredit, vt C. eo. tit. auth. quod locum.

q *Extraneus*] cõtemplatione patris alias non. vt ſ. de iure do. l. præfectitia. §. primo. & hoc ſi quæratur de collatione facienda emancipatis, vel his, qui non fuerunt in poteſtate: ſuis autem etiam aduentitiam dotem confert, vt C. eo. l. filiæ dotem, §. necdum. Azo.

r *Inteſtato*] alias non, niſi per hoc cauit, vt C. eod. l. filiam. Hodie contra, vt in Authen. de trien. & ſemiſ. §. illud collatio. 3.

ſ *Oportet*] hoc ſiue ipſa mulier dotem à viro ſtipulata ſit, ſiue alius eius nomine, vt ſup. eo l. 1. §. 1.

t *Ex pollicitatione*] facta à patre mulieris.

u *Fratrem*] qui tenetur ex pollicitatione patris, vt ſup. de iure do l. ſi pater ita. & facit ſup. ea. l. §. 1. in fi. §.

x *Conferre*] hoc ſi conſtat matrimonium. Sed quid, ſi eſt ſolutum? Reſpon. vt ſup. tit. 1. l. dedit.

y *Eius*] ſ. patris, vt ſup. ti. 1. l. filium. & de cuic. l. pater, & ad l. Falc. l. pater. & inf. eo. l. fi.

FIlia] CASVS. Si filia fuit data in adoptionem. & hæres inſtituta, nunquid debet alia bona conferre. Sic, ſi pater adoptiuus viuit adhuc. Viu.

z *Inſtituta*] dicunt quidã in duobus caſibus fieri collationẽ iure veteri ex teſtamento, vnus, quãdo pater cauit, vt C. eo. l. filiã teſtamẽto. alius in hac filia dotata in adoptionẽ.

1† lib. 40. ad edictũ 2† F. Quãquam.

3† Fl. ſtipulatum.

4† Hæc duo verba, vſque dolent.

5† Fl. accepit. * Quid in eo, qđ dedit pr̃ pro filia, quæ ingreſſa ẽ monaſterium? Dic idẽ, quia ẽt dicitur dos. Bar. l. Titio cẽtum. §. Titio geneto. in fi. ſ. de cõd. & demon.

6† lib. 14. ad edictũ prouinciale.

7† Fl. pertinere.

sed tu dic.quòd hic fuit instituta ab extraneo, sed patri naturali succedit ab intestato, secundū Io. Vel secundū Azo. à patre naturali.& legitimo, & est ei commissum edictū per prætereritū.& est aucta sua portio.& ideo confert, vt supra de contra tab.l.non putauit, §. in adoptionem, vt sup. titu.1.l. 1. §. pater.& infra l. proxi. Acc.

a *Adhuc pater adoptiuus*] vt supra titu.1. l.1.§ is quoque, superiori ergo casu erat mortuus.

Si filia] CASVS. Est. qꝫ filia dotata hæres instituta nō tenetur conferre, vnde si petit cōtra tabulas ex ꝑsona fratris, ñ cōfert, nō. qa nisi ex iudicio defuncti petit tabulas, nisi vellet eē contenta portione, ex qua esset instituta. Vi.

b *Non fungetur*] nisi vt statim distinguitur.

c *Necesse*] iunò potest adire de iure ciuili si vult, vt sup. de contra tabulas.l. si ex ductibus, §. sed illud? Resp. necesse, idest. vtile, sic sup. de offic. Præf. Præto. l. vnica, in princi. Vel dic necesse, idest si voluerit eo iure succedere, quo præteritus.

d *Ex iudicio*] scilicet testōtis. sic sup. de iepra. l. nonnunquam.

e *Eam fungi*] Contra. ī. de contrat.tab. l. filium, §. & hoc sit cōsequens, vbi dicit qꝫ cessat collatio. Sol. aliud est cū petit instituus collationem, cui per aliū est commissum edictū qꝫ nō potest, vt ibi, nisi diminuatur portio instituti, vt ī. tit. l. si filius, aliud est. si petat prætereritus ab instituto collationem fieri, vbi distinguitur, vt hic Azo. & sup. tit. 1. l. 1. §. pater filium.

Si pater] CASVS. Si pater pro filia promisit dotem, & exhæredauit eam, & legatum dedit: filia habebit dotem, & legatum præcipuum etiam habebit, quia hæc filia vbicunque emancipatus, do eam præcipuam habere debet. C. de rei vxo. act. l. 1. videamus. Viu.

f *Dotem*] quasi relictum. & hoc repudiata bonorum poss. Hug. ad quod est. C eod. Là patre, & l. filiam, & de rei vxo. act. 4. videamus.

g *Et legatum*] nisi ab intestato, vel per contra tab. vel per querelam velit succedere. Azo.

Filius] CASVS, Si filius emancipatus potest petere contra tabulas, quia præteritus, & non petit sed quia reducitur ad causam intestati, accipit bonorū possessionem Vnde liberi si filia, quæ tem ālit in potestate, & fuit ista, sit se-

conferre. Si adhuc pater adoptiuus [a] viuit, hic necesse habebit conferre.

Filia dotata, hæres instituta, nō tenetur conferre. Vnde si petit contra tabulas ex ꝑsona fratris, nō cōfert, quia ex iudicio defuncti petit contra tabulas, nisi velit esse contenta portione, ex qua esset instituta. Hoc dicit.

Vlpianus. 1 †

LEX III.

SI filia fuerit hæres instituta, collatione dotis nō fungetur. [b] 2† Vnde si commisso ab altero edicto, necesse [c] habuerit contra tabulas bonorum possessionem accipere: dicendum est, quoniam nullam iniuriam fratri facit, non debere eam dotem conferre. Nā quod habuit ex iudicio, [d] conuertitur ad contra tabulas bonorum possessionem. Planè si ex minore parte fuerit hęres instituta, & alia quadam in eam contulerit, contra tabulas bonorum possessione 3† aucta portione eius, dicendum erit, collationis munere eam fungi, [e] nisi fortè contenta fuerit portione, ex qua instituta est: tunc enim dicendum est, ex iudicio parentis eam venientem non debere munus 4† collationis sustinere.

Pomponius. 5†

LEX IV.

SI pater * pro filia dotem promiserit, deinde, vel exhæredatæ, vel etiam emancipatæ, & prætereritæ legatū dederit: habebit filiam, & dotē [f] præcipuam, & legatum. [g]

Erronea successio non inducit collationem. Bar.

Papinianus. 6†

LEX V.

FIlius emancipatus, qui possessionem contra tabulas accipere potuit, intestati patris possessionē [h] accepit, atque ita filia, quæ manfit in potestate, cum eiusdem familiæ fratre hæres instituta, possessionē, [i] intestati patris, errorem [k] fratris emancipati secuta, accepit. Dotem loco pro fratri conferre non cogetur: [l] cum ea possessio frustra petita [m] sit, & filia patris [n] 7† voluntatem sini [8]† virilis partis retineat, idest, vt omnes trientes habeant, & bono. ū possessio Vnde liberi, fingatur per Contra tabulas., esse petita.

¶ Filia, quæ soluto matrimonio dotē conferre debuit, mora collationi fecit. Viri boni arbitratu cogetē vluras quoque dotis conferre: cum emancipatus frater eam fructus conferat, & filia partis suę 9† fructus [o] recipiat. 10†

Si testamentū rumpitur per querelā pro parte, & pro parte nō, cessat collatio, et similiter inter eos, qui diuerso iure succedunt. Bart.

Idem. 11†

LEX VI.

PAter filium emancipatum hæredē instituit, & filiam exhæredauit, qui inofficiosi lite [12]† prolata, partem dimidiam hæreditatis abstulit. [p] Nō esse fratrē bona [q] pria conferre cogendum, respōdi.

euita errorem fratris emancipati. & periit bonorū possessio. ab intesta. dotē non cogitur conferre. Quare? quia ex testamento poterat succedere, & error fratris non dēt ei obesse: vnde cū res reducitur ad causā intestati, viriles hēnt partes.

¶ *Filia*] Si filia prætereita fuit in mora conferendi dotē, ad vsuras dotis tenetur, qa frater eius potuit ad cuius successionē vocatur, tenet præstare fructus. Viui.

h *Patris possessionem*] vnde liberi. Azo. & dic. quòd pater emancipatum prætereijt. & filium alium, & filiam in potestate cōstituros instituit. & sic quemlibet in sex uncijs.

i *Possessionem*] bonorum, vnde liberi.

k *Errorem*] erauit enim emancipatus, cū deberet petere bonorū possessionē contra tabulas. & ipse petijt. Vnde liberi. & sic fecit sororem errare.

l *Non cogetur*] vtpotè instituta, vt supra eod. l. si filia. in prin.

m *Petita*] sic inf. titulo primo. l. prima, §. 1. in princip. & sup. de tu. & cu. da. ab his l. Seia.

n *Patris*] habeat, patris, alias, fratris. Et no. virilem, scilicet, quatuor uncias, cum sint tres. Sic ergo portio filiæ minuitur in Quarta: meritò ergo non confert, vt supra eo. l. si filia. §. 1.

o *Fructus*] quod de fructibus hic dicit, planum est, vt sup. de vsur. l. videamus, §. si actio. sed, quod dicit de vsuris, est mirabile. Nam dotis collatio. aut petitur officio iudicis, quod potest, vt sup. eodem. l. prima. 1. respon. aut ex stipulatione de conferendo interposita, & tunc, cum actio sit stricti iuris, non recipit usuram, vt C. de condictio. indebi. l. prima Azo. & facit C. de actio. emp. l. rubrica, & sup. de act. empt. l. Iulianus, §. ex vendito. & arg. C. de petit. hæredi. l. fin. ibi. Quod si non obtinuerit &c.

Pater] CASVS. Si pater instituit filium hæredem emancipatum, filiam dotatam exhæredat, si mouet querelam, & habet dimidiam hæreditatis, frater nō cogitur bona cōferre ab intestato, quia hoc casu bo. poss. contra tabu. petita cōpetunt libertates, ipsa dotem non tenetur cōferre, qa diuerso iure veniunt ad successionem. Hoc dicit cū l. fi. q. VI.

p *Abstulit*] nec in plus debuit obtinere, vt sup. de inoffi. testamen. l. circa.

q *Propria*] quia pro parte tenet testamentum. Azo. & ex testamento hic frater succedit.

a Nam.

1† li. 4. Disputatio.

2† Vide Duar. Disput. c. 14.

3† Fl. ī eā cōtulit cō tra tabulas bonorū possessio aucta.

4† Aliàs onus.

5† li. 3. ad Q. Mutiū

* ad intel. huius l. vi de Fab. ā Pepis. in auth. ptexea. nu. 46 C. und vir & vxor. & ibidē per Paulū de monte Pico. nu. 58.

6† li. 1. de ſponſa alias ſa lus.

7† Fl. ſimilis.

8† vide Du. lib. 1. Diſput. c. 12.

9† Aliàs patris ſui alias patris ſuæ.

10† F. percipiat.

11† li. 6. ne ſtipulatione ſponſorū

12† Fl. prolata.

a *Nam & libertates*] benè dico valere testm̃ pro parte. Nã &c. & dic libertates valere in totum, vt C. de inof. testa. l. cũ duobus, & inf. de excep. rei iud. l. iudicatæ. 2. tñ. Itẽ no. cessare collationẽ, cũ agitur q̃rela, vt hic, & sup. de cõtra tabu. l. filium, §. multo magis. Hodie contra, vt C. eo. l. vt liberis.

ADDITIO Dic secundum Bart. quod ibi loquitur, quando testamentũ per querelã in totum rescinditur, vnde omnes ab intestato eodem iure succedũt: hic autem testamẽtum pro parte rescinditur.

b *Nec ipsa. Cum*] bona tõ, vt de contra tabulas, l. filia, §. & hoc sit consequẽs. Item melior, quia pro parte tenet testamentum, vt sup. l. proxi. diximus.

c *Diuerso*, hic ab intestato, frater ex testamẽto, & subau. nec eodem iure possunt esse hæredes, aliqn contra esset, vt sup. tit. l. si filius, & dicit sup. de bon. poss. l. sed cum patrono.

Nam & libertates [a] competere placuit.

Paulus. [1] †

LEX VII.

NEc ipsa dotem fratribus suis cõferet, cũ [b] diuerso [c] iure fratres hæredes sint. *Verba enunciatiua per modum conditionis prolata, exceptionem inducunt. Bart.*

Papinianus. [2] †

LEX VIII.

PAter nubenti filiæ quasdã res præter dotem [d] dedit, eamq; in familia retinuit, ac fratribus sub conditione, Si dotem, & cætera, quæ nubenti tradidit, contulisset, cohæredem adscripsit. Cum filia se bonis abstinuisset fratribus res non in dotem [e] datas vẽdicantibus, exceptionem doli [3] † placuit obstare, quoniam pater filiam alterutrum habere voluit.

Qui non vult hæreditatem, nõ cogitur ad collationem. B.

Triphoninus. [4] †

LEX IX.

FVit quæstionis, an si sua hæres filia patri cum fratribus, contenta dote, abstineat se bonis, compellatur eam conferre? Et D. Marcus rescripsit, non compelli [f] abstinentem se ab hæreditate patris. Ergo non tantum data apud maritum remanebit, sed & promissa exigetur etiam à fratribus, [g] & est æris alieni loco: abscessit enim à bonis patris.

* Vide in hãc l. Alc. li. Para. 1. cap. 25. & Gozad. I. lq ſe patris. n. 70. C. vſi lib. & ibid. Fab. Accurſ. Bombo. n. 37.

3 ¶ Flam tia.

* Variè legi hic. Vi de gra dib. & affinib. & nominib. eorum vl. De gradibus & affinitatib. & nominib. eorũ. Alias. De gradibus affinitatis & conſanguinitatis. Alias tò ſic. De gradib. & gnationẽ & cognationibus eorum. In hunc titulũ de gradib. multa Anton. Aug. li. 2. emẽ. c. 1.

4 ¶ Sed.

DE GRADIBVS affinitatis.

ADDITIO. Iſte titulus bonus eſt: & ſi debetis ſcire, vt hic ſcitis q̃ eſt. Vide non conſueuit legi: tamẽ legimus lecturã vſq; ad l. Iuriſcon. in prin. Veruntamen ſi intelligatis continuationem. & expoſitionẽ rub. cætera alia intelligetis, quæ de bono. poſſ. habuiſtis. Verũ quia inter agnatos, & cognatos multi ſunt gradus, penitur rub. de gradibus. & quia iure affinitatis aliqua bon. poſſ. deſcitur: Nam & vir, & vxor ſunt caput affinitatis, vt inſ. proxi. tit. ſup. ſi ta. teſtam. nulla exta. l. 2. ponitur de gra. conſangui. & affini. Quod dicit de gradib. q.d. de ordinib. ſicut in aſcendendo. & deſcendendo ſunt gradus: vel inter agnatos. & cognatos ſunt gradus. quia quidã proximiores. Et debetis ſcire, quod agnatio. & cognatio diuiditur in tres gradus principales. Quidam ſunt aſcendentes. pater. & auus. proauus. Eſt ſecundus gradus deſcendentiũ. filius. nepos. & deinceps. Tertius gradus collateralis ſuperior in affinitatibus. Licet non ſit vel propriè graduũ diuiſio. ſi tamẽ graduũ ſeparatio. Nã aliqua eſt nurus mea. aliqua proneurus. i. vxor pronepotis mei. Et no. quod propriè agnatio continet in ſe cognatio, non econtra. ſi p. l. prima. & ſup Vnde legi. l. inter agnatos. Affines tãquã propriè q occaſione matrimonij nobis continẽti ſunt. Vnde vir vxor nõ eſt affinis, ſed eſt caput propriæ affinitatis. Vnde affinitas eſt cõiunctarũ perſonarũ ex matrimonij cõmuni carens parentela. vt colligitur inſ. eo l. non facile, ita dicetur in omnibus legibus huius tit. vbi Iuriſcõſultus enumerat gradus. Viu.]

Cuiac. in paran. l. ad huncti. tit. diſſicilis gradibus inteſtati & cognationis declarat tituli materiam.

GRadus cognationis.] CASVS. In lege iſta non eſt videre niſi lucrã. & notare notabilia. Dicit Iuriſcõſultus, Gradus agnationũ. & cognationũ alius eſt ſuperior, alius inferior, alius eſt ex tranſuerſo. Gradus ſuperior eſt parentũ, gradus inferior eſt filiorum: Et in aſcendentibus eſt inuenire primum, & ſecundũ gradum: ſed in tranſuerſo nõ eſt inuenire primũ gradum, ſed ſecundum. Nam aburẽdo dicimus, fratrem. & ſororem in primo gradu. Sunt in aſcẽdenti gradu primo, pater, & auus. in deſcendenti filius. In tertio gradu ſunt proauus. in quarto abauus. Item collaterales dicuntur, qui obtinent vicẽ primi gradus, frater, ſoror, conſobrini, & veniunt ex linea tranſuerſali anitæ. & materteræ. In quinto gradu dicuntur eſſe aſcendentes atauus, atauia. Sic iſti vocantur ad ſucceſſionem. ſi ſunt agnati inte ciuili ſi cognati iure Prætorio. h.d. cum l. ſeq. Viuianus.

e *Inferioris.*] & facit Inſti. eo. & in Auther. de hæred. ab inteſta. in princ.

a *Itaque.*]

Itaque [a] in primo gradu cognationis, superioris quidem, & inferioris ordinis cognati possunt [b] cõcurrere: ex transuerso verò nunquam eo gradu quisquam concurrere potest: at in secũdo, & tertio, & deinceps in cæteris, possunt etiam ex transuerso quidam concurrere, & cum superioris ordinis cognatis. Sed admonendi sumus, si quãdo de hęreditate, vel bonorum possessione quæramus, non semper eos, qui eiusdem gradus sunt, concurrere.

¶ Primo gradu sunt supra, pater, mater: infra filius, filia.

¶ Secundo gradu sunt supra, auus, auia: inf. nepos, neptis: ex transuerso, frater, soror.

¶ Tertio gradu sunt sup. proauus, proauia: inf. pronepos, proneptis: ex transuerso, fratris, sororisque filius, filia: & conuenienter, patruus, amita, auunculus, matertera.

¶ Quarto gradu sunt supra, abauus, abauia: inf. abnepos, abneptis: ex transuerso, fratris, sororisque nepos, neptis: & conuenienter patruus magnus, amita magna, id est, aui frater, & soror: auunculus magn⁹, matertera magna, id est, auię frater, & soror: item fratres patrueles, sororesque patrueles. i. qui, quæve ex duob. fratrib. propagãtur: [c] [11]† item consobrini, consobrinę. i. qui, quæve ex duab. sororibus nascuntur, quasi consororini: itẽ amitini, amitinæ. i. qui, quæve ex fratre, & sorore propagantur. Sed vulgus ferè omnes illos communi appellatione consobrinos vocat.

¶ Quinto gradu sunt supra, atauus, atauia: inf. atnepos, atneptis: [2]† ex transuerso, fratris, & sororis pronepos, proneptis: & conuenienter propatruus, proamita. i. proaui frater, & soror. proauũculus, promatertera. i. proauię frater, & soror: item fratris patruelis, sororis patruelis fili⁹, filia: & similiter consobrini, consobrinæ: itẽ amitini, amitinę filius, filia: propius [3]† sobrino, propius sobrina: isti sunt [d] patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materterę magnæ filius, filia.

Vlpianus. [4]†

LEX II.

HOc est patris, [e] matrisve [f]† eius de cuius cognatione quæritur, consobrinus * consobrina, siue frater patruelis, (vel amitinus, [6]† soror patruelis, vel amitina.)

Cains. [7]†

LEX III.

SExto gradu sunt supra, tritauus, tritauia: [8]† inf. trinepos, trineptis; ex transuerso, fratris, & sororis abnepos, abneptis, & conuenienter abpatruus, abamita. i. abaui frater, & soror; abauunculus, abmatertera. i. abauię frater, & soror. Item patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materterę magnę nepos, neptis; itẽ fratris patruelis, sororis patruelis cõsobrini, cõsobrinę, amitini amitinę nepos, neptis; itẽ [9]† propatrui, proamitæ, proauunculi, promatertęræ filius, filia. Qui verò ex [10]† fratribus patruelibus, aut consobrinis, aut amitinis vndique propagantur, [11]† ij propriè sobrini vocantur.

¶ In septimo autem gradu, quam multæ esse possint personæ, ex ijs, quæ diximus, satis apparet.

¶ Admonendi tamen sumus, parentum, liberorumq; personas semper duplari. [f] Auum enim, & auiam tam maternos, quam paternos intelligimus; item nepotes, neptesq; tam ex filio, quam ex filia; quam rationem. s. deinceps in omnibus gradibus sup. infraque sequemur.

Modestinus. [12]†

LEX IV.

NOn facilè [g] * autem, quod ad nostrũ ius attinet, cum de naturali cognatione quæritur, septimum gradum quis excedit; quatenus vltra eum ferè gradum rerum natura cognatorum iura [13]† consistere non patitur.

¶ Cognati ab eo dicti putantur, [h] quod quasi vna communiterve nati, vel ab eodem orti, progenitive sint.

¶ Cognationis [i] substantia bifariam apud Romanos intelligitur. Nam quædam cognationes iure ciuili, quædam naturali continentur. [14]† nonnunquam vtroque iure concurrente, & naturali, & ciuili, copulatur cognatio. Et quidem naturalis cognatio per se sine ciuili cognatione intelligitur, quæ per fœminas [k] descendit, quæ vulgò liberos pariunt. Ciuilis autem per se, quæ etiam legitima dicitur, sine naturali [15]† sit cognatione per adoptionem. Vtroque iure constitit cognatio, cum iustis nuptijs contractis copulatur. Sed naturalis quidem cognatio hoc ipso

---

a *Itaque*] quia sunt parentes.

b *Cognati possunt*] vt mater filio, & filius matri.

c *Propagantur*] aliàs propagantur, aliàs, procreantur: & aliàs progenerantur.

d *Isti sunt*] id est, de hoc quinto gradu: filius patrui magni id est, filius fratris aui mei. Accursius.

e *Hoc est patris*] accipe consobrinus, &c. & est sensus. q̃ filius patrui mei magni est cõsobrinus pris eius, id est mei, de cuius. scilicet mei cognatione quæritur. Accurs.

S *Exto gradu.*] CASVS. Enumeratus, qui sunt in primo, secundo, tertio, quarto, quinto. Enumerat hic, q̃ sunt in sexto, septimo. Et hic dicas, sicut per literã enumerantur. Viuia.

f *Duplari*] nam duos habeo in primo gradu sup. s. patrem, & matrem: & duos ex inferioti, scilicet, filium, & filiam: ergo in secundo sup. sunt quatuor. s. auus, & auia paterni: & auus & auia materni: sic & infra nepos, & neptis ex filio: item nepos, & neptis ex filia; & sic deinceps, vt subijcit.

N *On facilè.*] CASVS. Licet vltra septimum gradum difficile sit enumerare personas, tamen est septimus gradus, vel octauus, & deinceps. Sunt autẽ agnati per lineam masculinam, cognati per fœmininam: & sicut habent se genus, & species, ita habent se agnatio, & cognatio: quia omnis agnatio est cognatio, non ẽconuersa. Item sunt affines, & vir, & vxor non sunt affines, sed caput affinitatis. Et grad⁹ affinitatis possunt enumerari, sicut in litera aperè continetur. Videatis literam. Vnum sciatis, quod ex adop. inducitur affinitas: tamẽ soluta adop. tollũtur illi gradus. Item istæ affinitates habent locum inter liberas personas, non inter seruos, & seruas, nec inter alias personas, quibus est interdictum aqua, & igni. Vivianus.

g *Non facilè*] id est, nullo modo, vt supra vnde cog. l. 1. §. hoc autem. sic sup. de proeu. l. in cautiõ. in fi.

h *Dicti putantur.*] vt & sup. vnde cog. l. 1. §. primo.

i *Cognationis.*] facit sup. vnde cog. l. 1. §. cognationem. & l. capitis.

k *Per fœminas*] sic Inst. de leg. agn. tu. in princ.

a *Nemi-*

---

2 † sic rectè. in archet. ppetã erat, abnepos, abneptis, in quit Tauscl.

3† Fl. propior. & paulò post.

4† lib. 46. ad edictũ

5† Fl. deest, matrisve.

*Cõsobrini dicunt quasi consororini. hi sũt ꝓpriè duarũ sororũ filij. Sobrini vocãtur cõsobrinorum filij. gl. in verbo, consobrinæ. c. de incest. coniũct. i. 35. 3. 3.

6† Fl. his notis [ ] inclusa desunt.

7† li. 8. ad edictũ ꝓuinciale.

8† Fl. Triauus, triauia.

9† Fl. deest. item.

10† Fl. itẽ qui ex.

11† Fl. q.

12† li. 12. Pandectarum.

* Legem hãc integritatis suæ restituit Alct. partim li. disputũ. 2. c. 25. partim li. Iuris enucl. 2. tit. De gradibus.

13† Fl. vitam.

14† li. 1. cõnectitur. alias, connectũtur.

15† Fl. sine iure naturali.

nomine [a] appellatur: ciuilis autem, licet ipsa quoque per se pleniſſimè hoc nomine vocetur, propriè tamen agnatio vocatur, videlicet, quę per mares contingit.

¶ Sed quoniam quædam iura inter affines quoque versantur, non alienum est hoc loco de affinibus quoque breuiter differere. [1†]

¶ Affines sunt, viri & vxoris cognati, dicti ab eo, quod duę cognationes, quæ diuersæ inter se sunt, per nuptias [b] copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit: nãq; coniungendæ affinitatis causa fit ex nuptijs. [c] Nomina verò eorum hæc sunt, socer, socrus: gener, nurus: nouerca, vitricus: priuignus, priuigna. Gradus [*] autẽ affinitatis nulli sunt. [d] Et quidem viri pater, vxoriſq;, socer: mater autem eorũ, socrus appellatur: cum apud Græcos propriè viri pater ἑκυρὸς, mater verò ἑκυρά. & vxoris pater πενθερὸς, mater verò πενθερὰ vocetur: filij autem vxor, nurus: filiæ verò vir, gener appellatur. Vxor verò liberis ex alia vxore natis, nouerca dicitur: matris vir ex alio viro natis, vitricus appellatur. eorũ vterque natos aliunde, priuignos, priuignasq; vocant. Potest ẽt sic definiri socer: socer dicitur vxoris meæ pater: ego illius sum gener. Socer magnus dicitur, vxoris meæ auus, ego sum illius progener: Et retro pater meus, vxori meæ socer est, hæc illi nurus: & auus meus, socer magn⁹ est, illa illi pronurus. Item (socrus mihi, vxoris meæ mater est, [2†] ego illi⁹ sum gener: &) prosocrus mihi, vxoris meę auia est, ego illius sum progener: & retro mater mea, vxori meæ socrus est, illa huic nurus: & auia mea, socrus magna est, vxor mea illi pronurus. Priuignus autem, est vxoris meæ filius ex alio viro natus, ego illi vitricus: & in contrarium, vxor mea liberis quos ex alia vxore habeo, nouerca dicitur, liberi mei illi priuigni sunt. Viri frater, leuir est, apud Græcos δαὴρ appellatus, [3†] vt est apud Homerum relatum: sic enim Helena ad Hectorẽ dicit, δαερτμέϑιο κυνὸς κακομῆχέος ὀκρι ἴσϑης. [4†] Viri sorores glos dicitur, apud Græcos γάλως. Duorum fratrũ vxores [5†] εἰνατέρες dicuntur apud Græcos: qđ vno versu idẽ Homerus significat. [6†] δαέρων, ἠ γαλόων, εἰνατέρων οὐτιτάλων.

¶ Hos itaq; [e] inter se, qui affinitatis causa parentum loco: liberorumq; habentur, matrimonio copulari nefas * est.

¶ Sciendũ est, neq; cognationẽ, neq; affinitatẽ esse posse, vbi [7†] nuptię [f] interdictę sũt, ex quib. affinitas cõiungitur.

¶ Libertini, libertinæq; inter se affines esse possunt.

¶ In adoptionem datus aut emancipatus quascunq; cognationes, affinitatesq; habuit, retinet: agnationis iura non retinebit, [g] [8†] sed in ea familia, ad quam per adoptionem venit, nemo illi cognatus est præter patrem, eosve, quib. agnascitur, affinis autem ei [h] omnino in ea familia nemo est. [i]

¶ Is, cui aqua & igni interdictum est, aut aliquo modo capite diminutus est, ita, vt libertatem, & ciuitatem amiserit, [9†] cognationes & affinitates omnes, quas ante habuit, amittit. [k]

Paulus. [10†] LEX V.

SI filium naturalem emancipauero, & alium adoptauero, non esse [l] eos fratres, si filio meo mortuo Titium adoptauero, videri eum defuncti fratrem fuisse, Arrianus ait. [m]

Vlpianus. [11†] LEX VI.

LAbeo scribit, nepotis ex filia mea nati vxorem, nurum mihi esse.

¶ Et generi, & nurus appellatione sponsus quoque, & sponsa continentur. [n] Item soceri, & socrus appellatione sponsorum parentes contineri videntur.

Scæuola. [12†] LEX VII.

PRiuignus etiam is est, [o] qui vulgò conceptus ex ea natus est, quæ postea mihi nupsit, æquè & is, qui, cum in concubinatu erat mater eius, natus ex ea est, eaque postea alij nupta est.

Pomponius. [13†] LEX VIII.

SEruius rectè dicebat soceri, & socrus, & generi, & nurus appellationem etiam ex sponsalibus acquiri. P

Pau-

---

a *Nomina*] scil. generalia, quod est cognatio. Et sic species assumit nomen generis, vt & sup. de adoptio. l. 2.

b *Per nuptias*] licitas, vt ff. ea l. 6 sciendum. sed secundum canones etiã per fornicationem. & secundum Azo. etiam secũdum leges. quoad prohibitionem nup. contrahitur affinitas sine nuptijs. vt ff. de ritu nup. l. & nihil. & extra. de eo qui cognouit. vxo. suæ. c. discretionem. Accurs. c *Ex nuptijs*] si nuptiæ sunt causa affinitatis: ergo nõ sunt affines, nisi vir & vxor: sed causa cæterorum affinium, vt hic.

d *Nulli sunt*] verum est propriè: nam gradus dicitur ratione cognationis naturalis, quæ hic non est: improprie tamen, vt hic possunt dici gradus vt inf. eo. l. Iurisconsultus in princ. De his dic quot gradu est vxori meæ iure cognationis, toto erit mihi iure affinitatis: idem est contra in meis cognatis ad eam.

e *Hæ itaque*] sic supra de ritu nup. l. nuptiæ.

f *Vbi nuptiæ*] alias est vbi nuptiæ interdictæ, &c. alias vbi nuptiæ non sint interdictæ: alias vbi nuptiæ fiunt ex quib. &c. & facit ff. e. l. affinis. & quod ibi no.

g *Non retinebit*.] id est perdit: aliàs perdet. Accursius.

h *Affinis autem ei*] s. adoptiuus.

i *Nemo est*] imo patris adoptiui vxor est ei nouerca: vt supra de ritu nup. l. adoptiuus. in princ. sed ibi non consequitur affinitatem in familia adoptantis. Nec. n. vxor adoptantis est de sua adoptatoris familia. Vel dic. non est vere affinitas sed affini aliquo modo obtinet, quo ad prohibitionem nuptiarum: sicut in ca. l. 6. similes. secundum Ioan. k *Amittit*] l. fin. de cap. dim. §. quod autem.

SI *filium*.] CASVS. Filium meũ naturalem emancipauero, & alium adoptauero, non esse eos fratres, si filio meo mortuo Titium adoptauero, videri eum defuncti fratrem fuisse, Arrianus ait. Posset aliquem extraneum adoptaui: nunquid erunt agnati? Non: vnde filio meo mortuo filius adoptiuus remanet meus filius. Vlpianus.

l *Non esse*] sic Instit. de nup. §. inter eas. in fine.

m *Arrianum ait*] contra. sup. de adop. l. an tenenti.

LAbeo *scribit*.] CASVS. Vxor nepotis nati ex filia mea, habetur loco nurus: sicut est, si qs habet in vxorem filiam meam, vel neptem ex filio meo, mihi loco generi habetur. Vlpianus.

n *Continentur*] aliàs contineri. Et dic impropriè, non propriè, vt supra de ritu nupt. l. 6 qua. s. r. aliàs non contineri: & tunc dic in sensu proprio, vt sup. eo. l. non facilè. §. & quidem.

o PRiuignus *etiam is est*.] interpretatiuè, non propriè, vt sup. l. non facilè. §. priuignus.

P SEruius, *Aequè*.] vt Instit. de nup. §. Il vxor. & facit sup. de testa. l. in legibus.

Stra-

1† Concor. tex. in ca. [illegible] de [illegible] li. 6. & [illegible] duc est [illegible] sanctus qui hic dr: vt no. Gl. in l. quos Seruius. i ver. b affinitas. de cõsan. ob cau. B. & Alex. ẽ ita affinitatis. C. cõ. de succes. * Vide Alci. lib. 2. præmisso.

2† Flo. his nouis [illegible] in clusa de sunt.

3† Fl. sp. pellatus.

4† Fl. κακομῆχέος.

5† Fl. vxores ianitrices.)

6† Flor. δαὴρ. γάλως. Cõcor. cõiunctiones cõsanguineorũ sicut & affinium: prohibẽtur quæ tẽpore habuerũt culiqui. debẽt legis. Est ãt cõsanguineos quicunq; quos diuinæ & humanæ religionis iura non patiuntur ac Romanorũ mq; Græcorũ leges consãguineos appellãt, & in hac dignitate suscipiunt: nec repellere possunt. 35. q. 3.

7† Fl. posse. nisi nuptiæ inter dictę non sint ex &c.

8† Fl. non perdit

9† Fl. amitteret.

10† lib. 6. ad Plautium.

11† lib. 5. ad l. Iul. & Papiã.

12† lib. 4. regularũ

13† lib. 5. enchiridij.

Paulus. 1 †

LEX IX.

STemmata [a] * cognationū directo limite in duas lineas ſeparantur: quarum altera ſuperior ē, altera inferior. Ex ſuperiore verò, & ſecūdo gradu, [b] tranſuerſæ lineæ pēdent: quas omnes latiore tractatu habito in librum ſingularem contexuimus. [2] †

Idem lib. ex affinibus, 3 † *& nominibus eorum.*

LEX X.

IVriſcōſulius * cognatorū gradus, & affinium [c] noſſe uet: quia legibus hrditates, & turelæ ad proximum quemq; agnatū redire conſueuerūt. [d] Sed & edicto Prætor proximo [e] cuiq; coguato dat bonorū poſſeſſionē. Præterea, lege Iudiciorū publicorū cōtra affines, * & agnatos teſtimoniū inuiti dicere non cogimur. [f]

¶ Nomen cognationis à Græca voce *συγγενεῖς* * dictū videtur: *συγγενεῖς* enim illi vocāt, quos nos cognatos appellamus. Cognati ſunt & quos agnatos lex duodecim tabularū appellat: ſed ij [g] ſūt, qui per patrem cognati ex eadem familia ſunt. Qui autem per fœminas cōiunguntur, cognati tantū nominantur. Proximiores ex agnatis, ſui dicūtur. [h] Inter agnatos igitur, & cognatos hoc intereſt, quod inter genus, & ſpeciem. Nam qui eſt agnatus, & cognatus eſt. Non vtique autem qui cognatus eſt, & agnatus eſt. Alterum enimciuile, alterum naturale nomen eſt.

¶ Non parcimus [k] his cognationum nominibus etiam in ſeruis. 4 † Itaq; parētes, & 5 † liberos, fratresq; etiā ſeruorū dicimus: ſed ad leges ſeruiles cognationes non pertinent. [l]

¶ Cognationis origo & per fœminas ſolas contingit. Frater.n.eſt, & qui ex eadē matre tm̄ natus eſt. Nam qui eūdem patrem habent, licet diuerſas matres, etiam agnati ſunt.

Parentes * vſq; ad tritauū apud Romanos proprio vocabulo nominantur: vlteriores, q̄ nō hēnt ſpeciale nomē, Maiores appellantur. [m] Item liberi, [n] vſq; ad trinepotē: vltra hos, Poſteriores vocātur.

Sunt & ex laterib. cognati, vt fratres, ſororesq; & ex his 6 † progeniti: item patrui & amitę, auunculi & materterę. At quoties quæritur, 7 † quoto gradu, quęq; ſona ſit, ab eo incipiēdū eſt, cuius de cognatione quærimus: & ſi ex inferioīb. aut ſuperioīb. gradib. eſt, relicta linea ſurſumuersū, vel deorsū tēdēdo, facilè inueniemus gradus, ſi p ſingulos proximū quēq; numeremus. 8 † Nā q̄ mihi proximo gradu proximus eſt, is ſecundo gradu eſt mihi. 9 † Similiter n. aſcendentib. & deſcēdētib. ſingulis accreſcit numerus.

Idem faciendū eſt in tranſuerſis gradib. ſic frater ſecundo gradu eſt, quoniam patris vel matris perſona, per quos cōiungitur, prior numeratur.

Gradus autem dicti ſunt, ad ſimilitudinē 10 † ſcalarū, locorum ve procliuium, quos ita ingredimur, vt à proximo in proximum. i. in eum, qui quaſi ex eo naſcit trāſeamus.

Nunc ſingulos gradus numeremus. Primo gradu cognationis, sūt ſurſūuersū duo pater, & mater: deorſumuerſum duo, filius, & filia: qui tamen & plures eſſe poſſunt.

Secundo gradu duodecim perſonę cōtinentur, hæ, auus, hoc eſt, patriſ, & matris pater: item auia, ſimiliter tam paterna, quam materna Frater quoque per vtrunque 11 † parentem accipitur. i. aut per matrem tātum, aut per patrē tantum, aut per vtrunq;. i. ex vtroque eodem parente. Sed hic numerum non auget, q̄ nihil differat hic ab eo, qui eundem patrem habet tantū, niſi quod is eoſdem cognatos tā paternos, quam maternos habet. Et ideo euenire ſolet in ijs, qui diuerſis parentibus nati ſunt, vt qui meo fratri frater eſt, meus

---

1 † Ulp. 4. ſent.

* Stemmata. i. corollas, tamos, ſtirpes, deſcriptiones. vide Iuuen. Satira. 10.

2 † Fl. cōteximus. aliàs contexuim°.

3 † Fl. Idē li. ſing. de gr. et adfi. in hac l. multa ſe correxiſſe ait Taurel. q̄ nec in cęteris. nec in ipſis pāndectarū libris rectè ſcripta ſunt.

* Addere te fallant iura dicentia affinitatē ex illicito coitu contrahi, quod illa dēt intelligi, quoad matrimonij impedimēta. nō quoad alia vt no. in c. tuæ de eo. qui cogn. conſang. vxo. ſuæ. & in c. tertio loco, extrà de pūm. Talis. n. affinitas eorū fidei in affinitate nō derogat: vt nu in l. teſtis idoneus. ſupra de teſtibus.

* Locum hunc reſtituit Alcia. lib. Præter 2. hoc ipſo titu.

4 † Fl. nō parcimus his nominibus, i. e guatorū etiam in ſeruis.

---

a *Stemmata.*] ideſt gradus, vt dicitur ī. eo l. 1. primo reſpon. & in Iuuenali ponitur pro ſanguinis nobilitate: & debet ſcribi per duos. mm.

b *Et ſecundo gradu.*] ideſt ex linea ſuperioti & inferiori pendent lineæ tranſuerſales.

c *Iuriſconſulius. Et affinium.*] ſcilicet gradus. Sed contra. ſup. eod. l. non facilè. §. gradus. Sol. ibi.

d *Conſueuerunt.*] vt Inſti. de leg. agna. tu. & de leg. agna. ſuc. §. primo.

e *Proximo.*] vt & ſupra de cogn. l. j. §. gradatim.

f *Non cogimur.*] vt ſupta, de teſt. l. lege Iulia.

g *Sed q̄.*] ſcilicet ſunt agnati. & facit Inſtitu. de leg. agna. ſucce. circa princ.

h *Sui dicuntur.*] Malè ergo dicunt, qui dicunt ſuos non eſſe agnatos. Imò ſunt & proximi, vt & ſ. de ſuis & leg. l. filius.

i *Inter agnatos.*] cōtra, ſup. vnde legit. l. inter agnatos. Sol. ibi.

k *Non parcimus.*] alias vtimur: & alias nunc verò non parcimus his. &c.

l *Non pertinent.*] niſi quo ad nupriarum prohibitionem, vt Inſtit. de nup. §. ſeruiles.

m *Maiores appellantur.*] ſup. de in ius vocan. l. quique. §. ſi. contra. Sol. vt ibi.

n *Item liberi.*] ſi vis ſcire de aliquib. non eodem patre nat. quoto gradu conſan guinitatis ſibi iungā tur: recurre ad ſtipitē. & ſi æqualiter diſtant ab illo, quoto gradu ab eo diſtant toto inter ſe diſtant. Sed ſi inæqualiter: quoto gradu diſtat remotior a ſtipite toto inter ſe. Cū autem ſunt nati ex eodē patre non dicuntur gradu inter ſe diſtare. cum ſi duo fuerint. vel etiam mille, vnū gradum faciant. Et no. quod eſſe in eodem gradu, duobus modis dicitur. Primo, quod duo faciunt vnum gradum. vt in fratribus eodem patre natis. Vel quod ſint in eadem linea conſanguinitatis, vt filij duorum fratrum. Nam ipſi duos gradus faciūt & tamen ſunt eodem gradu ad ſtipitem. Item ſecundum canones, quatuordecim perſonæ ad minus faciunt ſex gradus: ſed ſecundum leges, ſeptem. Item no. quod pater non eſt in gradu, ſecundum quoſdam: ſed malè. Nam eſt in primo gradu aſcendentium, filius in primo gradu deſcendentium, vt trigeſimaquinta quæſtio. §. cap. ad ſedem. & Inſtitu eodem. §. ſecundo. Item vbi recurritur ad ſtipitem, nunquam ſtipes pro gradu computatur. Item ſecundum leges, quia quando de ſucceſſione tractatur, computātur ſex aut ſeptem gradus, & etiam decem, vt Inſtit. de ſucceſſ. cog. §. primo. Sed ſecundum canones antiquos, vſque ad ſeptem, quia de nup. tractatur. Azo. & Hug. ſed hæc gloſ. eſt ſecundum canones. Nam aliter computantur gradus ſecundum leges, vt ſ. per hanc legem.

5 † Fl. ſi ſ. * inter. hu ius tex vi de I. Lu Aiun. in Rub. de l. Aquil.

6 † Flor. progenati. — † F. nā quoties q̄ tur quā to gradu eodē eſſe duob. modis dicitur.

8 † Flor. vel deorſum tendentiū facile inuenim° gradus. ſi per ſingulos grad° p̄ximuni, quemque numerantur.

9 † Flor. nim qui ei qui mihi, primo gradu eſt, proximus eſt. ſecundo gradu eſt mihi. Similiter enim accedentib. ſingulis creſcit numerus.

10 † Fl. à ſimilitudine. & nota q̄ ſimili metaphora Cic. appellat gradus officiorū lib. 2. de offic. fin. & gradus rerū. li. 2. de nat. Deor.

11 † al. alterum.

meus cognatus non sit: pone me fratrem habere ex eodem tantum patre, fratrem illum habere ex eadem matre: illi inter se fratres sunt, mihi alter cognatus non est. Hic [1]† soror similiter numeratur, vt frater. Nepos quoque dupliciter intelligitur, ex filio, vel filia natus. Idem est, & in nepte.

¶ Tertio gradu, personæ continentur triginta-duæ: [2]† proauus, qui quadrifariam [3]† intelligitur. est enim aui paterni, vel materni pater: item auiæ paternæ, vel maternæ pater. Proauia quoq; quatuor personas complectitur. Est enim, aut aui paterni, aut auiæ paternæ mater: item aui materni, & similiter auiæ maternæ mater. Patruus is autem est patris frater: & ipse dupliciter intelligendus est, ex patre, vel matre, puta auia paterna mea nupsit patri tuo, peperit te, aut auia paterna tua nupsit patri meo, peperit me, ego tibi Patruus sum, & tu mihi. [4]† Idem euenit, si mulieres altera alterius filio nupserint, [5]† nam qui ex his masculi nati sunt, ijs inuicem [6]† patrui sunt; quæ fœminæ, inuicem amitæ. Item masculi fœminis similiter, patrui, fœminæ illis amitæ. Si ◠vir, & mulier, ille filiam eius duxerit, illa filio eius nupserit, qui ex patre adolescentis nati erũt, ex matre puellæ natos, fratris filios (qui ex matre puellæ nati erunt, [7]† ex patre adolescentis natos, fororis filios) illæ eos patruos, illi eas amitas [8]† appellabunt.

¶ Auunculus, is [9]† matris est frater, & [10]† eadem significatione, qua in patruo diximus, contingit. Si duo viri alter alterius filiam duxerint, qui ex his masculi nati fuerint, ijs inuicem auunculi, quæ fœminæ, inuicem materteræ erunt, & eadem ratione masculi, puellis aunnculi, & illæ illis erunt materteræ.

¶ Amita ea est, patris soror, sicut supra accipiendi. Matertera ea est, matris soror, similiter ◠vt supra.

¶ Illud notandum est, non quemadmodum patris, matrisq; fratres, sorores, patrui, amitæ, auunculi, materteræ dicuntur, ita fratris, sororisq; filios, filias nomen speciale cognationis habere, sed ita demõstrari fratris, sororisque filios, filias, quod quidem, & in alijs accidere ex posterioribus apparebit.

¶ Pronepos quoque, & pronepotis quadrifariam [11]† intelliguntur, aut enim ex nepote ex filio, aut ex nepte ex filia descendunt, aut ex nepte ex filio, aut ex nepte ex filia propagantur.

¶ Quarto gradu personæ continentur octoginta, Abauus, cuius intellectus in octo psonas porrigitur, est.n. proaui paterni, aut materni pater, quos singulos dnplici modo intelligendos diximus, aut proauiæ paternæ, aut maternæ pater, quæ & ipse singulæ personæ dupliciter accipiuntur. Abauia, & hæc octies numeratur, est.n. proaui paterni, aut materni, itẽ proauiæ paternæ, aut maternæ mater. ¶ Patruus magnus, is est frater aui. Sed auus, [12]† item frater, cum duobus modis intelligantur, quatuor personas id nomen amplectitur, ◠vt sit aui paterni, vel materni frater, qui vel eodẽ patre i. proauo, vel tantum matre eadem, i. proauia natus est. Qui verò mihi patruus magnus est, is patri meo, vel matri meæ patruus est. ¶ Amita magna, ea est aui soror. Auus autem, item soror, vt sup. diximus dupliciter intelliguntur, & ideo hic quoq; quatuor personas intelligimus. Similiter quę patri meo, ◠vel matri [13]† meæ amita est, mihi erit amita magna.

¶ Auunculus magnus, hic est auię frater: quatuor personæ huic nomini eadem ratione subiectæ sunt, mihique is est auunculus magnus, qui patri meo, vel matri meæ auunculus est.

¶ Matertera magna, ea est auiæ soror, quatuor modis, & hæc ob eandem causam intelligitur, & quæ matri meæ, vel patri meo matertera est, mihi matertera magna vocatur. ¶ Eodem gradu sunt, & illi, qui ◠vocantur fratres patrueles, item sorores patrueles, amitini, amitinæ, consobrini, consobrinæ, hi autem sunt, qui ex fratrib. aut sororib. nascuntur, quos [14]† quidam ita distinxerunt, vt eos quidem qui ex fratrib. nati sunt, fratres patrueles, itẽ eas, quæ ex fratrib. natæ sunt, sorores patrueles, ex fratre autem, & sorore, amitinos, amitinas. Eos verò, & eas, qui, quæue ex sororibus nati, natæve sunt, consobrinos, consobrinas, quasi consororinos appellarem, sed plerique hos oẽs cõsobrinos vocant, sicut Trebatius. Sub hac nominum appellatione personæ cadũt sexdecim, hæ, patrui filius, itẽ filia. Bifariam, sicut sup. numerantur, nã patris mei frater esse põt, vel ex eodẽ patre, [15]† vel ẽt ex eadem matre, sola, amitæ filius, itẽ filia, auunculi filius, item filia, materteræ filius, itẽ filia: amita, auũculo, matertera acceptis duplici intellectu, ratione obseruanda secundum patrui nomen. [16]† ¶ Fratris, sororisq; nepos, ac neptis eodẽ gradu sunt. Sed & frater item soror, neposque, & neptis dupliciter accepti cõtinebũt personas sexdecim, sic: fratris eodẽ patre nati nepos ex filio, nepos ex filia, neptis ex filio, neptis ex filia: fratris eadẽ matre alio patre nati nepos ex filio, nepos ex filia: neptis ex filio, neptis ex filia. Eadẽque causa octo personæ efficient, [17]† vt aliæ octo accedant, ex sorore natorum nepotes, nepteisque: & similiter numerant à nobis. Fratris aũt mei nepos, neptisque, me patruũ magnũ appellant. Fratrũ, sororũque meorũ nepotes, nepteisque, itẽ mei, [18]† inter se consobrini sunt. ¶ Abnepos, abneptis: hi sunt proneposis, proneptisve filius, filia: nepotis, neptisve nepos neptis: filij, filiæve pronepos, proneptis personas connnebunt sexdecim, nepote, vel ex filio nato, vel ex filia: nepte, vel ex filio nata, vel ex filia acceptis, vt ad singulas personas gradu descendamus sic. Filius, pronepos, nepos, abnepos. Filius, nepos, pronepos, abneptis. Filius, nepos, proneptis, abnepos. Filius, nepos, proneptis, abneptis,

3† Fl. desit. hic.

2† Fl. trigĩ a duo. 3† F. quadrifariter.

4† Fl. Id. 5† Fl. nupserit. 6† F. nati fuerint inuicem.

7† inclusa his notis [ ] P.F. desunt. 8† Fl. illi eos patruos, & amitas. 9† Fl. deest, is. 10† Fl. deest, &

11† Fl. auus.

12† Fl. quadrifariter

13† Fl. patris mei, vel matris.

14† Fl. qui

15† F. vel ex patre solo, vel.

16† Fl. intellectu secundum eandem rationẽ.

17† al. efficient.

18† Quidã putãt distinguẽdũ post itẽ mei. Tuscl.

abneptis. Filius, neptis, pronepos, abnepos. Filius, neptis, pronepos, abneptis. Filius, neptis, proneptis, abnepos. Filius, neptis, proneptis, abneptis. Similiter hæ personæ numerabuntur præpositæ 1† filia, & sic fient sexdecim.

1† Fl. propositæ.

¶ Quinto gradu personæ continentur 2† 192. atauus, ſ. & atauia. * Atauus est abaui, vel abauiæ pater: proaui, vel proauiæ auus: aui, auiæq; proauus: matris, vel patris abauus. Huius appellatio personas complectitur sexdecim enumeratione facta tam per mares, quam per fœminas, vt sic ad singulas personas perueniamus. Pater, auus, proauus, abauus, atauus. Pater, auus, proauus, abauia, atauus. Pater, auus, proauia, abauus, atauus. Pater, auus, proauia, abauia, atauus. Pater, auia, proauus, abauus, atauus. Pater, auia, proauus, abauia, atauus. Pater, auia, proauia, 3† abauus, atauus. Pater, auia, proauia, 4† abauia, atauus. Similiter matris persona præposita 5† numeratio fiet. Atauia totidem personas continet eadem ratione numerata, id est, sexdecim.

2† Fl. 184. Baro. ad inſt. eo. ti. ait hic eſſe errorē calculi, & eſſe legendū, vt hic quod ex digreſſione ſuperiorū graduum numeri rectiſſimè colligit. *Concor. c. primo gradu. ibi quinto gradu veniūt: ſup. quidē atauus atauia: inf. atnepos atneptis. 35 q. 5.

3† Fl. abauia.

4† Fl. abauus.

5† Fl. propoſita, &c.

¶ Patruus maior, is est proaui frater, patris, vel matris patruus magnus. Sub hoc noie erūt personæ octo, & sic enumerabuntur. Pater, auus, proauus, abauus, ſrater proaui. Pater, auus, proauus, abauia, frater, paui. Pater, auia, proauus, abauus, frater proaui. Pater, auia, proauus, abauia, frater proaui: totidem erunt matris persona, & proauo eius propositis. Ideo aūt fratrē proaui enumerantes, ante abauum ponimus, ℔, vt sup. significauimus, non aliter perueniatur ad eum, de quo quæritur, nisi per eos trāsitū fuerit, ex quib. nascitur.

¶ Auunculus maior is est, proauiæ frater: patris, vel matris auunculus magnus. Eadem dinumeratione hic quoque octo personas cōputabimus: hoc tātum immutato, vt his frater proauiæ præponatur. 6†.

6† Flo. vt is frater proauiæ ponatur.

¶ Amita maior, est ea proaui soror: patris, vel matris amita magna. Quo ad numerum, & expositionem personarum, eadem erūt, immutato hoc, vt proaui soror ad extremum ponatur.

¶ Matertera maior, hæc est soror proauiæ: patris, vel matris matertera magna. Numerus personarum idem est, vt in nouissimo ponatur proauiæ soror. Hos omnes à patruo maiore, quos retulimus, quidam appellant ita: Propatruus, proauunculus, proamita, promatertera. Quos tamen ego ita nomino, illi contra, fratris, vel sororis pronepotem me demonstrant.

¶ Patrui magni filius, filia. Hi sūt fratris aui filius, filia: proaui, aut proauiæ nepos, neptis ex filio: patris, vel matris cōsobrinus, cōsobrina. Octo personas & hic computabimus, 7† ℔ auus, & frater, vt iam dictum est, dupliciter accipiuntur: & ideo patrui magni filius quatuor implet, totidem filia.

7† Quam uis.

¶ Amitæ magnæ filius, filia. Hi sunt aui sororis filius, filia, proaui, aut proauiæ nepos, neptis ex filia: patris, vel matris consobrinus, consobrina. Numerus personarum idem, qui supra.

¶ Auunculi magni filius, filia. Hi sunt auiæ fratris filius, filia: proaui, aut proauiæ nepos, neptis ex filio: patris, vel matris consobrinus, 8† consobrina: Numerus idē. ¶ Materteræ magnæ filius, filia. Hi sunt auiæ sororis filius, filia: proaui, aut proauiæ nepos, neptis ex filia: patris, vel matris consobrinus consobrina. Computatio eadem personarum, quas enumerauimus. ¶ Patrui magni filius, ei, de cuius cognatione quæritur, propius sobrino vocatur. 9† Nam vt & Masurius ait, eum quis appellat propius sobrino, 10† qui est patris, matrisve consobrinus, aut cōsobrina: ab eo, cōsobrini, consobrinæve filius, filia nominat. ¶ Patrui nepos, neptis. Hi sunt aui paterni, vel auiæ paternæ, pronepos, proneptis; ex nepote, vel ex nepte, filio natis consobrini, consobrinæ filius, filia. Personas octo cōtinebunt; quatuor nepos, quatuor neptis; quia & patruus dupliciter accipitur; & nepos, vel neptis sub singulis patruorū personis duplicatur. ¶ Amitæ nepos, neptis. Hi sunt aui paterni, vel auiæ paternæ pronepos, proneptis: ex nepote, vel ex nepte, filia natis, consobrini, consobrinæ filius, filia. Numerus idem est. ¶ Auunculi nepos, neptis. Hi sunt aui materni, vel auiæ maternæ pronepos, proneptis ex filia: patris, vel matris consobrinus consobrina. Computatio eadem personarum, quas enumerauimus. ¶ Patrui magni filius, ei, de cuius cognatione quæritur, propius sobrino vocatur. ¶ Amitæ nepos, neptis. Hi sunt aui materni, vel auiæ maternæ pronepos, proneptis ex nepote, vel ex nepte filia natis. cætera eadem, quæ in patrui nepote, vel nepte diximus. Materteræ nepos, neptis. Hi sunt aui materni, vel auiæ maternæ pronepos, proneptis ex nepote, vel ex nepte filia natis. 11† Personarū numerus idem, qui sup. 12† his oīb. quos à patrui nepote 13† proposuimus, is, de cuius cognatione quæritur, propius sobrino est. Nam patris, vel matris eorum cōsobrinus est. ¶ Fratris pronepos, proneptis. Hi cōtinebunt personas sexdecim, fratre dupliciter, & pronepote, ac pronepte singulis quadrifariam, vt sup. demonstrauimus, acceptis. Sororis pronepos, proneptis, similiter sexdecim personas cōtinebunt. ¶ Atnepos, atneptis. Hi sunt abnepotis, vel abneptis filius, filia, pronepotis, vel proneptis nepos, neptis, nepotis, vel neptis pronepos, proneptis, filij, vel filiæ abnepos abneptis. Numerabuntur sub hac appellatione triginta duæ personæ, quia atnepos 14† sexdecim habet, & totidē atneptis. ¶ Sexto gradu cōtinentur personæ quadringentæ quadraginta octo, hæ, Tritauus, is aūt, * est patris, & matris atauus, aui, vel auiæ abauus, proaui, vel proauiæ proauus, abaui, vel abauię auus, atauі vel atauiæ pr̄, dictus quasi tertius auus. 15† Personas autem cōplectitur triginta duas, geminet enim necesse est, qui in atauo fuit, numerus, immutatione per singulas personas propter atauū iam facta, 16† vt sexdecies tritauus intelligatur atauі pater, & toties atauiæ. Tritauia similiter enumerata facit personas triginta duas. ¶ Patruus maximus, is est abaui frater, atauі, & atauię filius, patris, vel matris patruus maior, personas cōtinebit sexdecim, sic. Pr̄, auus, proauus, abauus, atauus, abaui frater. Pater, auus, pauus, abauus, atauia, frater abaui. Pr̄, auus, proauia, abauus,

8† Fl. aut

9† Fl. cōputatio cadē. Personę quas enumerauimus à patrui magni filio, ei de cuius cognatione quęritur, propius sobrinis vocantur.

10† F. quā quis appellat propiorē ſobrino.

11† Fl. filia neptis.

12† Fl. deeſt. q ſup.

13† Flor. quos ad patrui nepotem.

14† Fl. abnepos. & paulo poſt abneptis. *Concor. c. primo gradu veniunt, ℔. tritauus. tritauia. inf. trinepos. trineptis. 35. 9. 5.

15† Aliàs tertij aui auus.

16† Flor. uiam facta.

uus,atauus,frater abaui. Pater,auus,proauia,abauus, atauia,frater abaui. Pater, auia, proauus, abauus,atauus, abaui frater. Pater, auia, proauus,abauus,atauia,frater abaui. Pater,auia,proauia,abauus,atauus,abaui frater. Pater,auia,proauia,abauus,atauia,abaui frater . Totidem erunt matris appellatione proposita.

¶ Auunculus maximus , is est abauiæ frater , patris , vel matris auunculus maior. Et numerus idem , & personarum expositio eadem quæ sup. hoc duntaxat immutato, vt pro abaui fratre, abauiæ fratrem ponas.

¶ Amita maxima ,ea est abaui soror, patris vel matris amita maior: cætera vt in patruo maximo, hoc tantum immutato , vt vbi est abaui frater,ponatur abaui soror.

¶ Matertera maxima, ea est abaui soror, prīs,vel mris matertera maior : cætera vt sup.ad extremū dūtaxat pro abauiæ fratre posita abauiæ sorore.

¶ Hos omnes, quos à patruo maximo proposuimus, quidam in his nominibus designant : abpatruus,abauunculus,abamita,abmatertera. Itaq; & nos indifferenter hos ponemus . Quos autem ego appello abpatruos , abauunculos, abamitas, abmatertteras , illi demonstrant me fratris, sororisque abnepotem.

¶ Patrui maioris filius, filia . Hi sunt proaui fratris filius,filia, abaui, abauiæ per proauū nepos, neptis ex filio. Personæ sub hoc erunt sexdecim : enumeratione sic ducta, vt in quinto gradu, cum patruum maiorem demonstraremus.decimus,adiecto duntaxat filio,filia: quia filius patrui maioris totidem necesse est personas complectatur, quot patruus maior , id est octo : totidemque ex filiæ persona computatis , is numerus efficietur , quem sup. posuimus.

¶ Amitæ maioris filius,filia. Hi sunt proaui sororis filius,filia:abaui,abauiæ per proauum nepos, neptis ex filia. Et hic eadem ratione personas enumerabimus totidem.

¶ Auunculi maioris filius, filia . Hi sunt proauiæ [1]† fratris filius,filia; abaui,abauiæ per proauiam nepos neptis ex filio. Eadem hic dinumeratio facienda est, quæ est in patrui maioris filio, filia.

1† Flo.hi sunt proauiæ.

¶ Matertеræ maioris filius, filia. Hi sunt proauiæ sororis filius,filia; abaui,abauiæ per proauiā nepos,neptis ex filia. Circa numerum,& personarū expositionem eadem , quæ sup. Hi omnes quos proposuimus à patrui maioris filio , auo auiæ eius,de cuius cognatione quæritur, fratribusque, & sororibus vtrius eorum consobrini , consobrinæve sunt: at patri, matrique eiusdem,fratribusque,& sororibus vtrius eorum, propius sobrinis.

¶ Patrui magni nepos, vel neptis ; amitæ magnæ nepos,vel neptis : auunculi magni nepos,vel neptis: materteræ magnæ nepos,vel neptis: hæc simul [2]† nomina continēt personas sexaginta quatuor . Nam cum patrui magni, verbi gratia,persona quadrifariā intelligatur , nepotis bifariam, geminatur is numerus nepote duntaxat annumerato, & quadruplatur is,qui geminus [3]† erat: duplicatur etiam nepte computata . Ac [4]† tantum vnius dinumerationem proponimus exempli gratia,Pater,auus,proauus,frater,aui,qui est patruus magnus, filius eius, nepos eiusdem ex filio, item neptis . Pater, auus, proauia, frater aui, qui est patruus magnus,filius eius, nepos eiusdem ex filio,item neptis. Pater auus,proauus,frater aui, qui est patruus magnus, filia eius, nepos eiusdem ex filia, item neptis. Pater,auus, proauia, frater aui,qui est patruus magnus,filia eius: nepos eiusdem ex filia,item neptis. Totidem, & eadem ratione exponuntur matris nomine antepositа , id est , vt & aui materni fratris nepotes, & nepres computemus . Item in amita magna , id est , aui sororis nepotes,neptesq; enumerabimus . Idemque in auunculo magno,i.auiæ fratris. Eadem ratio materteræ [5]† magnæ,i.auiæ sororis. Ex quibus vniuersus numerus cōpletur sexaginta quatuor. Hi omnes proauo,aut proauiæ eius, de cuius cognatione quæritur , pronepotes , & proneptes , eiusdem auo, [6]† auiæ fratris,sororisve: & [7]† nepotes,neptesve : & contra,horum auus, auia eidem patruus magnus , amita magna , auunculus magnus,matertera magna:horum autem pater,materve, fratresque , & sorores vtrius eorum eidem propius sobrini, ipse his sobrinus est, & inuicem huic illi sobrini .

3† Fl. geminatur. 4† Fl. & 5† Fl. eadē rōne in matertera. 6† Fl.aui. 7† Fl.deest. &.

¶ Patrui pronepos,proneptis continent personas [8]† octonas: & vtriusque [9]† sexus fiunt sexdecim, sic Pater,auus,patruus,filius patrui,nepos eiusdē ex filio , pronepos eiusdem ex nepote filio nato , item proneptis. Pater,auia,patruus,filius patrui, nepos eiusdem ex filio . pronepos ex nepote filio nato,item proneptis. Pater,auus,patruus,filia patrui, nepos eius ex filia , pronepos ex nepote filia nato,item proneptis. Pater,auia,patruus,filia patrui, nepos eiusdem ex filia , pronepos ex nepote filia nato,item proneptis. Pater,auus,patruus,filius patrui,neptis eiusdē ex filio,pronepos ex nepte filio nata,itē proneptis . Pater,auia,patruus, filius patrui, neptis eiusdem ex filio,pronepos ex nepte filio nata, item proneptis . Pater, auus,patruus,filia patrui,neptis eiusdē ex filia,pronepos ex nepte filia nata,item proneptis. Pater,auia,patruus, filia patrui, neptis eiusdem ex filia, pronepos ex nepte filia nata,itē proneptis. Amitæ pronepos,proneptis: totidem personas eadem rōne, & hi continent, tantū pro patruo amita sumpta . Item auunculi pronepos , prooeptis pro patruo item auunculo posito. Materteræ pronepos,proneptis : & hic vbi patruus positus est , matertera numerata eundem numerum personarum inueniemus. Hi omnes eius,de cuius cognatione quæritur, consobrinorum nepotes, neptesve sunt.

8† Flor. octo. 9† Flo.ut vtriusque.

¶ Fratris,sororisq; abnepos,abneptis efficiūt psonas,sexaginta quatuor, vt ex sup. scriptis apparere pōt. Trinepos,trineptis. Hi sunt filij,filiæve arnepos:

2† Fl. hæc singula nomina.

pos, atneptis: nepotis, neptiſve abnepos, abneptis: pronepotis, proneptiſve ꝓnepos, proneptis, abnepotis, abneptiſve nepos, neptis: atnepotis, atneptiſve filius, filia. Hæ appellationes demonſtrant ꝓſonas ſexaginta quatuor: nã trigintaduo trinepos cõplet, totidẽ trineptis. Ab nepote enĩ numerus quadruplatus in ſe, efficit trigintaduo: ipſo nepote duas ſignificante, ꝓnepote quatuor, abnepote octo, atnepote ſexdecim. His accedunt trinepos, trineptis, vni [1]† ex atnepote, alteri ex atnepte nati. Per ſingulos autem gradus ideo geminatio fit, quia maribus adijciuntur fęminæ, ex quibus proximus quiſq; progignitur, [2]† & enumerabuntur [3]† ſic, ¶ Filius, nepos, pronepos, abnepos, atnepos, trinepos: itẽ trineptis. ¶ Filia, nepos, ꝓnepos, abnepos, atnepos, trinepos, itẽ trineptis. ¶ Filius, neptis, pronepos, abnepos, atnepos, trinepos, itẽ trineptis. ¶ Filia, neptis, pronepos, abnepos, atnepos, trinepos, itẽ trineptis. ¶ Filius, nepos, proneptis, abnepos, atnepos, trinepos, item trineptis. ¶ Filia, nepos, proneptis, abnepos, atnepos, trinepos, item trineptis. ¶ Filius, neptis, proneptis, abnepos, atnepos, trinepos, item trineptis. ¶ Filia, neptis, proneptis, abnepos, atnepos, trinepos, item trineptis. ¶ Filius, nepos, pronepos, abnepos, atneptis, [4]† trinepos, item trineptis. ¶ Filia, nepos, proneptis, abnepos, atneptis, trinepos, item trineptis. ¶ Filius, neptis, ꝓnepos, abnepos, atneptis, [5]† trinepos, item trineptis. ¶ Filia, neptis, ꝓnepos, abnepos, atneptis, [6]† trinepos, item trineptis. ¶ Filius, nepos, proneptis, abnepos, atneptis, [7]† trinepos, itẽ trineptis. ¶ Filia, nepos, proneptis, abnepos, atneptis, [8]† trinepos, item trineptis. ¶ Filius, neptis, ꝓneptis, abnepos, atneptis, [9]† trinepos, item trineptis. ¶ Filia, neptis, [10]† proneptis, abnepos, atneptis, trinepos, item trineptis. ¶ Filius, nepos, proneptis, abneptis, atnepos, [11]† trinepos, item trineptis. ¶ Filia, nepos, pronepos, abneptis, atnepos, [12]† trinepos, item trineptis. ¶ Filius, neptis, pronepos, abneptis, atnepos, [13]† trinepos, item trineptis. ¶ Filia, neptis pronepos, abneptis, atnepos, [14]† trinepos item trineptis. Filius, nepos, ꝓneptis, abneptis, atnepos, trinepos, item trineptis. ¶ Filia, nepos, proneptis, abneptis, atnepos, trinepos, item trineptis. Filius, neptis, ꝓneptis, abneptis, atnepos, trinepos, item trineptis. Filia, neptis, proneptis, abnepos, atnepos, trinepos, itẽ trineptis. ¶ Filius, nepos, pronepos, abneptis, atneptis, trinepos, itẽ trineptis. ¶ Filia, nepos, proneptis, abnepos, atneptis, trinepos, itẽ trineptis. ¶ Filius, neptis, pronepos, abneptis, atneptis, trinepos, item trineptis. ¶ Filia, neptis, proneptis, abneptis, atneptis, trinepos, itẽ trineptis. ¶ Filius, nepos, proneptis, abneptis, atneptis, [15]† ꝓneptis, abneptis, atneptis, trinepos, item trineptis. ¶ Filia, nepos, proneptis, [16]† abneptis, atneptis, trinepos, ꝓitem trineptis. ¶ Filius, neptis, proneptis, abneptis, atneptis, trinepos, itẽ trineptis. ¶ Filia, neptis, proneptis, abneptis, atneptis, trinepos, item trineptis. ¶ Filius, nepos, pronepos, abneptis, atneptis, trinepos, item trineptis. ¶ Filia, nepos, pronepos, abneptis, atneptis, trinepos, item trineptis. ¶ Filius, neptis, pronepos, abneptis, atneptis, trinepos, item trineptis. ¶ Filia, neptis, pronepos, abneptis, atneptis, trinepos, itẽ

VNDE VIR ET VXOR.

¶ *Licet vir vxori, & econtra succedat: tamen vltra iura affinitatis ſecus eſt. vt C. communia. de ſucceſſ. l. affinitatis.*

ADDITIO. De trib. bon. poſſ quæ deferuntur ab inteſt. ſu. habuiſtis: verũ, quia aliqua deferuntur nõ ratione agnationis, & cognationis, ſed ratione matrimonij: ideo quia vir, & vxor non ſunt affines. ſup. ti. 1. l. non facilè. & illa vocatur bo. poſſ. Vnde vir & vxor. & duæ ſunt bo. poſſ. Vna eſt, vnde vir, quæ datur viro in bonis vxo. decedentis ab inteſt. Alia, Vnde vxor, quæ datur vxori in bonis viri decedentis ab inteſta. vnde de bo. poſſ. quæ cognominatur Vnde vir, & vnde vxor. videamus qñ locum habeat, & quãdo deſinat: de quo inſ. l. vna. dicitur. Et debetis ſcire. Si vir decreditit inteſtatus ſine deſcendentib. & aſcẽdentibus, & collateralibus vxor ſuccedet ei excluſo fiſco & econtra. C. eo. l. vna Et nota quia iſta bo. poſſ. Vnde vxor, olim fuit neceſſaria. & hodie eſt, qa vxor nõ ſuccedit viro l. xij. tab. per Vnde liberis. quia non eſt de numero liberorũ: per vnde legitimi, nõ: qa non eſt agnata, per vnde cognati, non: quia non eſt cognata. Sed æquitate prætoris: qa ſunt affines, C. de cri. ex. hæt. l. aduerſus. ſuccedũt per vnde vir, & vxor. Viu. Ex Cuiac. in parat. ad hunc ti. ſequitur quarta paredicti, qua, deficiente omni agnatione, ad vxorem bona mariti inteſtati pertinent, & viciſſim ad maritum vxoris. ſi tempore mortis iuſtũ matrimonium fuerit: nam deportato, exempli gratia, in bonis q. fitis poſt deportationẽ fiſcus ſuccedit, non vxor, quia deſijt eſſe iſta vxor, vt per eam.

1† Fl. prepoſita.

2† F. ei.

3† F. ipſe autem ijſdem ſobrino.

4† F. quater.

5† F. computatos eadem ratione ad filiã, item ĩ cæteros.

6† F. efficietur.

7† Fl. ſocium de.

